

E N C H I


L A O A

M A G I



No.
H 392.8

— — — — —





EX LIBRIS

CLAUDII ET GABRIELIS

P I J O N.

Res 43.928



Rus 43928

ENCHIRIDIVM SEV INSTRVCTIO CONFESSARIORVM.

Auctore R. P. GASPAR E LOARTE Socie-
tatis I E S V , Doctore Theologo, in qua,
quomodo Sacerdos dignè Pœnitentia
Sacramentum ad suam & Pœnitentium
salutem administrare possit, dogetur.

Iuxta Latinam versionem editam M. F. Missiponi.

ACCESSIT
INSTITVTIO CONFESSARIORVM
MARTINO FORNARIO Societatis IESV.
Authore.

Ea pariter continens quæ ad præxi>m audiendi
Confessiones pertineant.

Iuxta Exemplar Romanum
Opus duplex unico volumine iunctim excussum
in gratiam Confessariorum.



A G I N N I,

Apud IOANNEM GAYAV , Bibliopolam
& Typographum ordinarium Regis ,
Illustrissimi Episcopi Aginnensis
& Ciuitatis. 1667.

C V M P E R M I S S V .

ENCHEIRIDIA
SEV INSTRUC^oTIO
CONFESSIONALIS

Agno L. M. Gaudens Fonsatis
Institutio de confessione peccatorum
et absolutione. Secundum officium
Rom. pontificis. In primis de
confessione et absolutione. Etiam de
penitentia et misericordia.

123456
CONFESSIO. CONFESSIONALIS
ET ABSOLUTIONIS. ET PENITENTIAE.

Agno L. M. Gaudens Fonsatis
Institutio de confessione peccatorum
et absolutione. Secundum officium
Rom. pontificis. In primis de
confessione et absolutione. Etiam de
penitentia et misericordia.

CONFESSIO.
123456
Agno L. M. Gaudens Fonsatis
Institutio de confessione peccatorum
et absolutione. Secundum officium
Rom. pontificis. In primis de
confessione et absolutione. Etiam de
penitentia et misericordia.

STUDIOYSIS CONFESSARIIS.

S. P.



IBENTI animo excipite (Sacerdotes diuinī reorū Iudices) id quod vobis quasi diuīno munere donatur, Enchiridium scilicet, quod ut p̄æ manib̄is habēatis, & diu noctūque oculis & animo versetis, optamus & deprecamur. Quid rei sit, expōnemus breuiter. Manuale hoc rationem & institutionem, methodum, praxim, & disciplinam complectitur, quarum beneficio sancte, vtiliter, & dignè Deo p̄œnitentium confessiones excipietis, & prudenter ac fideliter vtemini clauibus à Christo Domino traditis. Hanc autem institutionē & methodū non clauē scientiæ nominate, sed potius scientiā clauium, seu congeriē p̄æceptorū & regularum, quibus Sacerdotes clavium ministerio, ut loquitur Concilium Trident. seu claudendi & aperiendi iure, ligandi & soluendi, retinendi & remittendi potestae fungi rectè poterunt: hic enim s̄epiùs desudant & elaborant cœlestes illi ministri,

STUDIOSIS

Hic hærent animo anxio & ancipiti, & quæ
se vertant non habent ; hic passim occur-
runt scopuli, ad quos toties alluditur con-
scientia confessarij & pœnitentis , toties
gubernatores simul cum vectorigibus pe-
reunt: in via adeo periculosa & lubrica opus
est confessariis multâ prudentiâ & sagaci-
tate ut & suæ & alienæ saluti consulant : in
hoc consistit summa tanti munera : in hoc
tota diuinæ illius artis solertia posita est.
Opus ergo vobis exhibemus planè aureū,
omnibus perquam vtile , conflatum è duo-
bus opusculis , quæ , licet à suis authori-
bus iampridem composita atque edita
fuerint , etiam nunc noua & recentia nun-
cupare fas est ; cùm apud Bibliopolas exé-
plaria vix inueniantur. Et quæ olim edita,
in paucorum manus hactenūs peruererint.
Duo hæc duorum authorum Opuscula hæc
nouissimâ editione in vnum volumen com-
peginus tribus potissimum de causis. Pri-
mum , vt maiorem fidem & autoritatem
sibi mutuò concilient : authores ambo fuc-
re Societatis IESV Theologi sanctimonia
& doctrina præstantes , qui non uno tem-
pore , nec uno in loco , in vnum eundem
que scopum collimarunt , vnum idemque
opus suscepereunt : ambo in interiori con-
scientiæ foro , iudices versatissimi , & in
diuina hac arte exercitatissimi. Cùm autē,

ICONFESSARIIS.

secundum legem dinini Eloquij , in ore
duorum vel trium testium stet omne ver-
bum, certe in ore duorum iudicium firmius
stare debet omnis authoritas : vnde si du-
bium quid, si quid obscurum & ambiguum
occurrat in praxi Sacramenti Pœnitentiae;
si contentiosa aliqua disputatio moueatur
in sacro hoc conscientiae tribunali , duos
hos iudices appellate , litigiosa omnis iu-
ris disceptatio eorum sententiis dirimatur.
Præterea varietate ciborum & copia alitur
stomachus minore fastidio,nec unus idem-
que cibus gratus aptusque est palatis om-
niū,in conusuiis aliis alio pascitur , & qui
vni alicui nauseam parit,alium quedam ad
edendum acuet. Pari igitur ratione in con-
spectum vestrum proferuntur & explican-
tur hæc duo opuscula , vt si in alterius
lectione mens fastidiat , altero recreetur ,
& cui unum minus placuerit , reperiatur in
socio quod animum pascat atque satiet.
Postremò cum mens cuiusque angusta sit
& finita, atque etiam crescat semper inex-
hausta materies scribendi , in utroque au-
thore desiderare est quod apud alterium
inuenies , exhibet hic quod illum latuit ;
hinc alter alterius eget auxilio , amboque
suppeditant quidquid iure peti potest. Res
patebit legenti. Exempla notatu tantum
digniora hic subiiciam. Primum. Ea quæ

STUDIO SIIS

MARTINVS FORNARIUS perquam leuiter perstringit, aut breuiter tractat, tribus dumtaxat capitibus è quibus constat primus libelli sui tractatus, scilicet de interrogationibus quas Confessarius præmittere debet ante Confessionem; de iis quæ illum rescire expedit penes statum pœnitentium; quâ ratione agere debeat cum iis quibus continua & opportuna est occasio peccandi; vel qui iniquè detinent aliena; qui odia & inimicitias exercent: qui ad grauia peccata sæpiùs recidunt, & consuetudinem vitiosam & corruptam non emendant; qui Censuris Ecclesiasticis sunt obstricti, aut casuum referuatorum rei: aut qui voto obligati; quandonam item & quibusnam optimum sit & expedit dare vel denegare, vel suspendere & in aliud tempus differre absolutionem; de impedimentis denique coniugator; & plura alia id genus quæ Confessarins præstare debet, tum ante, tum post confessionem; hæc omnia, inquam, quæ M. FORNARIUS summatim attingit, GASPARDVS LOARTES diffusiùs & uberiùs prosequitur nouemdecim primis libelli sui capitibus. Deinde, cùm hic nullam aut minimam mentionem faciat de variis & diversis generibus, conditionibus, & officiis hominum, qui ad hoc Sacramentum quandocunquè accedunt: M. FORNARIUS

CONFESSARIIS.

huc atque illuc intuens , & omnium salutem spectans , de quibusnam illos interrogare , quænam docere , quonam tantem modo erga illos gerere se debeat Confessarius , toto suo secundo tractatu , egregie & copiosissimè tractat . Denique ambo agunt de remediis commendandis & præscribendis aduersus vitia & tentationes : verum hac in re etiam alter ab altero iuuatur ; Fornarius enim tertio suo tractatu pluribus vitiis atque pleniùs & vberiùs medetur quam Loartes : at hic prescribit nominatim varia genera pœnitentiarum seu satisfactionum pro quolibet peccato iniungendarum , quæ maiori ex parte omisit FORNARIUS : ex quo tandem infinita pene variorum authorum annotata solum & titulo tenuis allata testima , authoritates seu citationes , ut vocant , quibus priores editiones refertæ erant , expunximus ; tum ne liber hic in nimium magnam molem excresceret , tum quia Confessariis , in quorum gratiam suscepta fuit nouissima hæc editio , aut saepius facultates non suppetunt tot authores comparandi , aut non est otium consulendi . Duo ergo hi Societatis I E S V Patres volumine uno , ut & mente ac sententiis coniuncti connexique se se inuicem mirè iuuabunt in instituendo & erudiendo Confessario , qui ab ambobus

STUDIOYSIS CONFESSARIIS.
mutuaabitur omnem atque integrum me-
thodum quam & muneri suo fiat satis , &
saluti pœnitentium optimè consulatur.

EX BIBLIOTHECA SCRIPTORVM
SOCIETATIS IESV.

Excusa Antuerpiæ anno 1643.

GASP AR LOARTE , natione Hispanus , Patria Methymnensis , vir pius iuxta ac doctus : grandis iam natu , & Doctor Theologus , & in pietatis officiis bene versatus , Auctore Ioanne Auila , viro Apostolico , cuius discipulas fuerat , societatem concupiuit , & in eam admissus est anno salutis 1552. biennio post Romam profectus , & ab ipso S.P. N.Ignatio probè institutus , Collegiorum nostrorum Genuensis & Messianensis Regendorum Provinciam sustinuit . Denique in Hispaniam rediit , & Valentia annis grauis , & bonis operibus plenus , anno salutis 1578. mortuus est . Iam tum cum Auila magistro vtebatur , quaternas quotidie horas meditationi de diuinis rebus tribuebat ; tamque tenero sensu Christi seruatoris cruciatus recolebat , vt lachrymis seque ac locum , in quo constiterat , perfunderet . Scripsit instructionem Sacerdotum & Confessario- rum , &c.

GASPARIS LOARTIS
SOCIETATIS IESV.

P R A E F A T I O .

*In qua de materia ac subiecto huius
libelli agitur.*

C V M propositum mihi sit praesenti li-
bello instruere atque iuuare Eccle-
siasticos, qui iam summa Sacerdotij digni-
tate præditi sunt , iamq; aut Confessarij
sunt, aut futuri sunt, de rebus tali munere
fungentibus scitu necessariis agere statui ,
eosque quoad fieri potest , diligentissimè ,
quomodo in audiendis confessionibus ha-
bere se debeant , instruere: opus ut summè
utile ac necessarium , ita & difficile , &
periculose plenum alex , indigenisque
magna simul dexteritate & diligentia. In
quo quidem non id mihi propositum est de
multis agere quæstionibus ac resolutioni-
bus , variisque de casibus conscientiæ dis-
putare , cum de eiusmodi materiis tot
doctorum libros habeamus , vt eorum co-
pias inopes reddat , & lux nimis clara
obfuscet. Itaque h̄ic tantum animus est
agere de prouidentia , dexteritate , ac
circumspectione , qua Confessarij opus
habent : quibus de rebus (quod quidem
ego sciām) aut nulla aut admodum pauca

cripta hactenus inueniuntur. Porro quod ad diuersorum casuum conscientiae, qui contingere possunt, attinet resolutiones ac explicationes, doctoribus qui fusiis eas tractarunt, relinquo, ut scilicet suppleri possit hinc, quod in aliis desideratur, neque hic iridem congeri opus sit, quod scriptis alij explicuerunt. Volumus itaque tractatum hunc omnibus commendatum, quibus demandata est cura animarum, ac audiendi Confessiones munus incumbit: persuasi, Deo fauente, illis utilissimum futurum: ad cuius lectionem simul eos incitatib[us] breuitas ac perspicuitas, qua materia tam fructuosam iis ac necessariam, unde paruo labore maximas haurire utilitates possint, complexi sumus.

¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶

E L E N C H V S C A P I T V M
Libri de Instructione Confessoriorum.

Auctore GARPARE LOARTE Societatis IESV.

- C A P. I. Quæ proprietates ac conditiones Confessario ad munus suum rectè exequendum, potissimum sint necessariae. pag. I
- II. Generalis instructio Confessario, antequam cōfessiones audire incipiat, scitu necessaria. 7
- III. Quomodo se gerere debeat Sacerdos ad confessiones audiendas sese accingens. 11
- IV. Quomodo in admittendis Pœnitentibus se gerere debeat Confessarius. 16
- V. Quomodo se gerere debeat Confessarius cum pœnitente in ipsa Confessione. 21
- VI. Quid in interrogando aequè examinando attendere potissimum debeat Confessarius. 25
- VII. De admonitionibus, quas Pœnitentibus post interrogationes dare debet Confessarius. 31
- VIII. De remediis ac instructionibus vitæ, quas Pœnitenti cōmunicare debet Confessarius. 36
- IX. Quam pœnitentiam ac satisfactionem Pœnitenti Confessarius imponre debeat. 41
- X. De aliis quibusdam particularibus, que Confessario in Pœnitentiis specialibus iniungendis utilia possunt esse. 46
- XI. Quid Confessario in Absolutione vel danda, vel recusanda obseruandum sit. 52

E L E N C H V S

- XII. *Instructio*nes quadam & considerationes,
Confessario necessarie, absolutionem Pænitenti
tenti suspendere vel prorogare volenti. 57
- XIII. Quomodo sacra communio quandoque
suspencia sit, cum quibusdam instructiōnib⁹,
quas Confessarius in eiusmodi casib⁹ obser
uabit. 64
- XIV. Quid agendum Confessario, si pænitens
aliqua Censura, aut voto sit obstrictus. 69
- XV. Regiae quædam usui futuræ Confessario,
quando pænitens fuerit ad alienæ rei, vel
honoris, & famæ restitutio[n]e obligatus. 74
- XVI. Alia instructio Confessario utilis necessa
riaque, cum Simoniæ aut spiritualis U[er]sura
casus occurrit. 81
- XVII. Quomodo agendum Confessario, si in
ter coniuges impedimentum cognoscat, quo
matrimonium irritum redderetur. 90
- XVIII. De documentis, quibus Confessarius
post absolutionem, finitaque Confessione
poterit uti.. 96
- XIX. Quomodo se Confessarius habere debet
erga pænitentem, quem deprehenderit non
legitimè contritum. 100
- XX. De generalibus remediis, quæ suis pæni
tentibus Confessarius contra omnes tenta
tiones dare poterit. 108
- XXI. De remediis, quæ Confessarius adhibere
posset aduersus tentationes Impudicitiae: de que
pænitentia pro id genis peccatis iniungenda. 115

C A P I T U M.

- XXII. De remediis & pænitentiis, quas Confessarius contra Gusalum & ebrietatem iniunget. 121
- XXIII. De remediis & pænitentiis contra Acediam & Pigritiam usurpandis. 127
- XXIV. De remediis & pænitentiis, quas Confessarius applicare potest cōtra Auaritiā. 133
- XXV. Quæ remedia contra Superbiam sint adhibenba. Item de pænitentius à Confessario pro eiusmodi peccato insungendis. 139
- XXVI. De Remediis & Pænitentiis ad Inuidia peccatum pertinentibus. 144
- XXVII. Quæ iracundis adhibenda remedia, ac Pænitentia Item de homicidio. 150
- XXVIII. De remediis ac Pænitentiis pro gravissimo maledieendi iurandi que peccato usurpandis. 157
- XXIX. De instructionibus, quas Confessarius in dictis pænitentiis & remediis assignandis, obseruabit. 164
- XXX. Qua ratione cum Pænitentibus agendum sit, qui Christianæ Fidei articulos ignorant, quos tamen scire omnino tenentur. 171

F I N I S.

M A V T I T A C

EX BIBLIOTHECA SCRIPTORVM
SOCIETATIS I E S V.

Excusa Antuerpiæ anno 1643.

MARTINVS FORNARIVS natio-
ne Italus, Patria Brudusinus, qui
toto fermè vitæ suæ tempore, maxima cum
auditorum vtilitate quæstiones de officiis
ac moribus explicauit Patauij, Neapoli,
Romæ, scripsit Institutionem Confessario-
rum ea continentem quæ ad praxim au-
diendi confessiones pertinent. Romæ typis
Zanneti 1601.

S T V D I O S O L E C T O R I

MATINVS FORNARIVS.

S. P.

Institutiones, quibus doctrina Moralis
casuum conscientiæ continetur, multi
ediderunt, praxim verò compendiariam
pauci: id nimirùm causæ fuit, cur mihi hic
labor demandaretur: & hanc institutionem
tandem Deo fauente darem, non quidem
perfectam, sed qualēm per occupationes
licuit, si minùs cum elegantia & copia,
certè cum diligentia, curáque non vulgari
elaboratam. Hanc cò libentiùs adhibui,

quod id à multis desiderari animaduerte-
rem , vt hoc subficio , cum minori labore ,
atque vberiore fructu Confessarij munere
suo fungerentur . Porrò vt pluribus usui
effet , ad eam methodum formamque apta-
ui , vt non solum nostri ordinis Sacerdoti-
bus , sed aliis etiam omnibus effet accom-
modata , vel saltem illis viam ad aptiora
iuandorum pœnitentium remedia com-
paranda aperiret . Quæ ergo de praxi au-
diendi Confessiones variis in locis Theo-
logi scripserunt , hæc colligere , in hac
nostra institutione , & in compendium con-
ferre statui , vt nostris & omnibus Con-
fessariis magis in promptu sint , & facilius
percipientur : decet enim Patres spiritua-
les , & maximè Societatis nostræ , in ani-
mis pœnitentium informandis esse con-
formes , quod vix sine instruētione fieri
potest . Hæc autem institutio docet quo-
modo se gerere debeat Confessarius ante
Confessionem , in Confessione , & post ipsam :
quomodo item cum omnis generis homini-
bus , & præsertim in adhibendis remedijis
peccatorum , quæ tribus tractatibus com-
prehendam .

ELENCHVS CAPITVM

Libri de Institutione Confessorum.

Auctore, M. FORNARIO Societatis IESV.

TRACTATVS I. De iis, que præstare debet Confessarius ante confessionem, in confessione, & post ipsam.	189
CAP. I. De iis, que Confessarius præstare debet ante confessionem.	190
II. De iis que seruanda sunt Confessario in ipsa Confessione.	196
III. De iis quæ præstare oportet in fine con- fessionis.	202
TRACT. II. De iis quæ præstare debet Con- fessarius cum hominibus cuiuscunque statas, & conditionis.	215
CAP. I. De Dominis Temporalibus.	216
II. De Episcopis, aliisque Prælatis, & Paro- chis.	220
III. De Sacerdotibus, & aliis Clericis.	224
IV. De Religiosis.	239
V. De Monialibus.	244
VI. De Indice.	245
VII. De Aduocato, & Procuratore.	248
VIII. De Notariis.	29
IX. De Professore, & Scholaribus.	250
X. De Medicis.	293

ELENCHVS CAPITVM.

XI. De Coniugatis.	255
XII. De Militibus.	259
XIII. De Mercatoribus, de Vsurariis, & de retinentibus aliena.	261
XIV. De Recidinis.	263
XV. De iis qui sunt in occasione peccati.	264
XVI. De modo iuuandi pænitentes ordinaries.	265
XVII. Quæ sint signa ad cognoscendum con- tritionē, & quis modus ad eam disponēdi.	268
XVIII. De modo iuuandi scrupulosos.	271
XIX. De modo iuuandi rudes, & pueros, ac puellas.	276
TRACT. III. De remediis peccatorum.	280
C A P. I. De remediis generatim, & uniuersè contra vitia, & tentationes.	281
II. De utilitate extētationibus capienda.	286
III. De iis quæ conserunt ad conseruandum fidem Catholicam.	293
IV. De remediis contra blasphemiam.	294
V. De remediis pro iis qui parentes, & su- periores non reuerentur.	296
VI. De remediis contra detractionem, & alia peccata linguae.	297
VII. De necessitate, ac ratione frenandi lin- guam, deque utilitate silentij.	301
VIII. De remediis contra Superbiam, & vanam gloriam.	309
IX. De remediis contra confidentiam sui ipsius.	313
X. De remediis contra Avaritiam.	316

ELENCHVS CAPITVM.

- | | |
|---|-----|
| XI. De remediis contra Luxuriam. | 318 |
| XII. De remediis contra Curiositatem. | 326 |
| XIII. De remediis contra Odium, & Inuidiam. | 332 |
| XIV. De remediis contra Iram. | 335 |
| XV. De remediis contra Gulam. | 337 |
| XVI. De remediis contra Acediam, tepiditatem, & pusillanimitatem. | 339 |



*SUMMA PRIVILEGII
Rgis Christianissimi.*

LUDOVICI XIV. Gallie & Navar-
ræ Regis Christianissimi diplomate
cautum est , ne quis in ipsius Regno ,
aliisve locis eius ditioni subiectis , intra
proximos nouem annos à die impressionis
perfectæ primâ inchoandos excludat , ven-
dat , excludendum vendendumque quoouis-
modo ac ratione , aut mutationis prætextu
curet libellum , qui inscribitur , *Enchiri-
dium seu Instrucción Confessariorum* , Auctore
R. P. GASPAR E LOARTE Societatis
IエS V Doctore Theologo , &c. Accessit In-
stitutio Confessariorum MARTINO FORNARIO
Societatis IエS V Auctore , &c. Præter
GEORGIVM Ioss E Bibliopolam Pa-
risiensem , aut illos quibus ipse concesserit ,
sub pœnis originali Diplomate contra de-
linquentes expressis. Lutetiæ Parisiorum ,
die 9. Martij anni 1653.

De Mandato Regis ;

MABOVL;

Editio perfecta est 22. Martij

1652.

PERMISSION

VEV l'expiration du Priuilege accordé au Sieur George Iosse, Libraire de Paris, d'Imprimer le Liure Intitulé, *Enchiridium seu Instructio Confessariorum*, Auctore R. P. GASPARE LOARTE Societatis I E S V. Doctore Theologo, &c. & *Institutio Confessariorum*, MARTINO FORNARIO Societatis I E S V Auctori, N'empêchons que le Sieur JEAN GAYAV, Libraire & Imprimeur du Roy en cette Ville, Imprime le susdit Livre. Fait à Agen, le quatorzième Juillet mil six cens soixante-sept.

DE REDON Procureur du Roy.

S Oit fait comme est requis, Fait à Agen le iour & au susdit.

BOISSONNADE Juge-Mage.

GASPA

GASPAR LOARTE
DE INSTRVCTIONE
CONFESSARIORVM.

CAPVT I.

*Quæ proprietates ac conditiones Consul-
sario ad munus suum rectè exequen-
dum potissimum sint necessaria.*

CV M plures alij de conditionibus, ac proprietatibus egerint, quæ tantum iis Sacerdotibus conueniunt, quorum præcipua functio est seruire Altari, ac missas agere fine vlla obligatione audiendi Confessiones, neque iis audiendis sese volunt implicari, differere hic statuimus, tam de instructionibus ac documentis, quâ de donis, & perfectionibus eorum qui vel ratione officij, vel proprio motu & libera voluntate, ac deuotione sanctorum hoc Pœnitentia sacramentum administrant.

Quod officium reuera utilissimum,
maximeque in Ecclesia Catholica

A

z G. LOARTE

necessarium est : tenet enim primas
meritò (teste magno illo Dionysio)

Epis. inter omnia opera ac munia pietatis:
ad Demophi. cùm nihil aliud sit, quām instrumen-
tum quoddam , per quod animæ ad
& ali- bi. primam suam originem reuocantur
ac reducuntur. Quibus verbis aper-
tè declarari patet, quām sublime &
diuinæ Majestati gratum sit hoc offi-
cium, quo videlicet proximum suum
homo adiuuare conatur, eum ex pec-
catis extrahendo , & iam perditam
illigratiam recuperando : id quod
nulla alia fieri ratione potest com-
modius quām Confessione, quam Sa-
cerdotes audiunt, quibus commissa
est cura animarum.

Cap. i. Verū quemadmodum munus hoc
i. par. summæ excellentiæ est ac charita-
Pastor. tis, ita etiam magnæ difficultatis est,
& ars artium, vt inquit Diuus Gre-
gorius, nec non grauissimis periculis
circundatum : si nimirum is, qui hoc
munus exercet, sufficienti eruditio-
ne, discretione, integritate, aliisque
ad id requisitis conditionibus non sit
præmunitus.

Harum vero qualitatum ac condi-
tionum , quæ in bono Confessario
quaeruntur , et si maximus numerus

fit, tamen ad quinque præcipua capita eas Theologi ad Doctores, qui de hac re scripserunt, reduxerunt, Potestatem scilicet, Scientiam, Discretionem, Probitatem, ac Sigillum, siue Secretum. Per potestatem intelligunt, ut præter Sacerdotij ordinem, etiam habeat facultatem audiendi Confessiones.

Hanc potestatem habet summus Pontifex super vniuersum mundum. Episcopus super suum Episcopatum, Parochi super parochiam suam. Et horum quisque aliis etiam approbatis Sacerdotibus licentiam dare potest audiendi confessiones in locis, quibus iphi præsunt: neque enim ratæ sunt habendæ ex confessiones, quæ citra eiusmodi facultatem audiuntur, solo mortis articulo excepto.

Quid porrò circa Potestatem hanc considerandum fit, fusiùs Summistæ pertractant: quemadmodum etiam de eruditione in Confessario requifita; quæ quo major est, hoc maiorem etiam honorem ac decus conciliat illi, quem decet esse ad instar cuiusdam diuini oraculi, ad quod in omnibus suis dubiis ac scrupulis reliquus populus recurrat, ac confir-

giat pro obtinenda instructione ac bono consilio.

Necessarium tamen omnino est, ut peccata mortalia à venialibus possit dignoscere, sciatque, quem possit & quem non possit absoluere, incidente nimirum casu aliquo reseruato, aut si aliqua restitutio sive satisfactio praestanda sit.

Similiter quod ad Probitatem sive integratem attinet huic muneri necessariam, ex alibi dictis sufficienter qui volet, poterit cognoscere. Si enim eos Sacerdotes, quibus nulla alia cura incumbit, quam celebrandi duntaxat, Santissimumque ac venerabile Altaris Sacramētum administrandi, tanta integritate præditos esse oportet, ut alibi probatum fuit, quanto maior integritas, ac sanctimonia requiretur in eis, quibus præter illud officium, confessionibus etiam audiendis vacare, animasque eorum curæ commissas à peccatis repurgare incumbit. *Qui enim sibi nequam est, / vt inquit S. Scriptura)*

Eccles. cui alijs bonus erit? Et qui non iuuat semetipsum, quodnā aliis auxilium præstabit? Et vt scribit alicubi D. Augustinus, qui ab impuro purificabitur?

14.

Alias porrò Confessarij qualitates ac dotes, veluti Sigillum siue secretum earum rerum, quæ in confessionibus audiuntur, non est usque adeo difficile intelligere. Quius enim apud semetipsum facile potest æstimare ac colligere, tam strictè sigillum siue secretum hoc esse custodiendum ac conseruandum, præ omnibus aliis totius mundi secretis, ut nullus in orbe existat, à quo compelli ac cogi quispiam possit ad hoc, secretum Confessionis reuelandum; imò quævis tormenta mortemque ipsam subire debet Sacerdos, potius quam vel minimum in Confessione auditum peccatum detegere. Sed de his, quemadmodum & de aliis multis fusiùs ac copiosiùs Summæ pertractant. Hæc pauca interim Confessariis rudioribus, ad quos potissimum præsens hoc institutum nostrum dirigitur, dicta sufficient.

De tertia proprietate, Prudentia nimirum pauca admodum de eascripta inuenio, licet una sit ex præcipuis virtutibus Confessario necessariis: cum tot tamque diuersi casus solius Confessarij discretioni, prudentiæque relinquantur decernen-

G. LOARTE

di. Hac ytatur oportet pro habenda resolutione multarum difficultatū, quarum decisiones non ita passim obuiæ reperiuntur, item pro eligen- da meliori ac tutiori sentētia, quan- do aduersantes sibi in vicem opinio- nes occurunt. Demùm Prudentia ea est, per quam instruitur ac discit Confessarius, quid in principio, in medio ac fine Confessionis sibi sit agendum.

Quia igitur parum admodum mi- nimèque sufficienter (quod sciam) de ea scriptum apud alios authores inuenitur, statui (diuinæ adiuuante gratia) de eadem ea tractare, quæ Confessariis scitu imprimis sunt ne- cessaria; simulque instructiones ali- quas, toto Confessionis decursu ob- seruandas : quò scilicet cum vberio- re animarum lucro ac fructu, pro- priæ verò conscientiæ securitate, tanti præstanti ac gravi muneri possint sa- tisfacere. Non autem animus mihi est hic varjos Conscientiæ casus in- quirere, cùm tot tantique Doctores inueniantur, qui integros Tractatus (quibus acquiescendum ctiam ego- censeo) iis de rebus conscrip- pient.

CAPVT II.

*Generalis instructio Confessario, ante-
quam Confessiones audire incipiat,
scitu necessaria..*

Quantopere Confessario discre-
tio ac prouidentia sit neces-
saria, facile ex diuersis officiis, quæ
præstare Pœnitenti debet, collige-
re est.

Primum enim, Patris munus obeat,
necessè habet, quemadmodū etiam
nuncupatur Pater spiritualis eorum,
qui ei confitentur. Atque ideo, que-
madmodum parentum naturalium
officium est, liberis suis bonas præ-
feribere leges & documenta, eos
adhortari, admonere, arguere, ac
quibuscumque possunt modis à pra-
nisi eos viis auocare atque in bonas
dirigere: sic etiam Confessorum
est, cum liberis suis spiritualibus
agere: id quod Timotheo faciendum
præcipit Paulus Apostolus, incre-
pare videlicet eos orare, arguere,
consolari, bonis consiliis ac admo-
nitionibus instruere, simulque ex
amore paterno, quem gerere erga
eos debet, omnes labores ac mole-
stias, quas ipsis faciunt patienter.

I. & 2.
Episc.
passim.

G. LOARTE

tolerare.

Secundo Confessarius medieus est spiritualis Pœnitentium, nihil enim aliud sunt magna illa peccata, quæ commiserunt, quam pestes lethales, morbi, ac horrenda vulnera, quæ propriis suis animabus inflixerunt. Quare ad instar probati medici Cōfessarios omnis generis bonis remediis, receptis, approbatisque; pharmacis, emplastris, ac cauteriis prævaria infirmantium dispositione, detet esse intructos, quibus à præsentibus atque incumbentibus morbis liberentur, simulque præseruentur à periculis instantibus ac futuris.

Tertiò Confessarius etiam iudex est Pœnitentis, ac CHRISTI Domini vice fungitur, qui supra hoc eum tribunal collocauit, in quo Pœnitentium audit confessiones. Quare quicumque ad confessionem accedunt, existimabunt se ad Confessarium venire, vt ab eo iudicentur, qui cognito toto peccatoris processu, pro delicti grauitate ferre habet sententiam: quos indignos inuenierit absolutione, ligare ac damnare; absoluere verò, quos absolutione dignos repererit, satisfactionem iis,

DE INSTR. CONFESS. CAP. II. 9
ac pœnam temporalem imponendo
talem, qualem promeruisse iudi-
cabit.

Facile ergo vnicuique videre est
ac intelligere, quanta prouidentia,
discretione ac dexteritate opus sit,
ad tam ardua officia legitime admi-
nistranda. Si enim quis error, in ali-
quo horum committatur, periculum
ac damnum non exiguum sequetur.
Nam si tanquam pater spiritualis
eum consoletur, cui terrorem incu-
tere oportebat aut nimia erga eum
vtatur clementia ac bonitate, quem
increpare acriter ac punire oonue-
niebat, in Heli Sacerdotis peccatū
incident, qui simili cum liberis suis
modo agens, & ipsis, & sibi causa
mortis extitit.

Similiter è contra erraturus esset,
si qui consolatione opus habet, eum
acerbè nimis tractaret. Magnum
etiam incommodum fecuturum esset,
sit tanquam medicus spiritualis re-
media applicaret contraria; quæ,
vbi leniri ac curari morbum oportet-
bat, eum exasperarent potius atque
angerent; quemadmodum corpora-
lis etiam medicus grauem errorem
committeret, qui morbo ex nimio

I. Reg.

2.

calore nato calida applicaret reme-
dia , quod legi ac regule Medico-
rum aduersatur , quæ contraria con-
trariis iubet curari.

Longè verò maius damnum atque
incommodum & ipsi & pœnitenti si-
mul accessurum est , si tanquam iu-
dex aberret ; absoluendo , quem li-
gare ; aut ligando , quem absoluere
oportebat . Si enim externo in fero
tantopere depravata huc iudicia re-
prehendi merentur ; quanto magis
reprehendendi iij errores sunt , qui
committuntur in iudicio animam
concernente ? in cuius salute plus
positum est , quam in omnibus cor-
poralibus bonis , cuiusque damnum
magis , quam omnia alia damna tem-
poralia fugiendum est.

Quandoquidem ergo error ac de-
flectus Confessarij , (qui confitentium
pater est spiritualis , medicus ac iu-
dex) in his ac similibus rebus tan-
tum in se periculum continet , neces-
sarium est , quam diligenter at-
tendat , cum quibus sibi agendum
sit , quando hanc illamve personam
assumere , atque agere debeat . Ne-
cessarium omnino scire , quibus vor-
bis merepare debeat , aminari , qui-

DE INSTR. CONFESS. CAP. II. xi.
bus item in consolationibus ac ad-
hortationibus vtendum.

Expertus præterea, versatísque sit
in remediis dandis & adhibendis, quæ
pro modo, proprietate ac patientium
circumstantiis rectè suis quæque lo-
cis applicanda, necessaria utiliaque
iudicabit.

Postremò etiam necessarium est, vt
in ferenda sententia iustus ac cōstans-
sit, caueatque vt nullo respectu hu-
mano ab rectitudine illa, ad quā
dirigi omnia iudicia debent, nullis
humanis illecebris dimouerī se patia-
tur. Verū quandoquidem genera-
les huiusmodi preceptiones seu in-
structiones rudioribus, ac huius of-
ficij minùs expertis non sufficiunt,
operæ pretium mihi visum fuit, par-
ticularius non nihil ac in specie iis de-
rebus pertractare, simulque declara-
re, quomodo cum Pœnitente suo a-
gere debeat Confessarius in pri-
ncipio, medio ac sub finem confessionis.
Acde his agem' fusiūs capite sequēti.

C A P V T I I I .

Quomodo se gerere debeat Sacerdos ad
Confessiones audiendas se accingens.

VT ergo ad particulares in-
structiones ac informationes

Confessariorum veniamus , quæ ad rectè administrandum officium eorum necessariæ sunt.

Prima hæc sit , vt antequam ad confessiones audiendas se accingat Confessarius , breui sese armet ac præparet meditatiuncula eius rei , quam in animo habet perficere , quod tam arduum opus est , vt verbis exprimi non possit Sanare aggreditur animas infirmas , illos adiuuare , qui in maximis periculis constitutos sese reperiunt , lucem in tenebris habitantibus communicare , exonerare grauissimo peccatorum onere oppressos , soluere catenis diaboli irretitos atque illigatos : querere denique ac promouere salutem animatum , quarum causa Filius Dei de cœlo descendit , homo factus est , & preciosum suum sanguinem effudit . Consideret etiam tanto in pretio ac estimatione animas apud Deum esse singulas , vt (si neceſſe fuisset) prævna sola sufferre Iubenter voluisse omnia ista tormenta ac mortem , quam perpeſſus est pro omnibus .

Quemadmodum etiam eadem anima in Dei gratia tam decora , tam pulchra ac nitida vel unico peccato

mortalí commissio fœdior fit , & de- Thren.
migratur super carbones , veluti con- cap. 4.
queritur Ieremias.

Hæc meditatio de præstantia ac pulchritudine animæ in statu gratiæ existentis, itemque de eiusdem danno , quod per peccatum incurrit , magnam illi excitabit compassionem super misero peccatore ad statum tam deplorandum perducto. Si enim Samaritanus ille , cuius mentio fit in S. Euangeliō , Videns miserum illum hominem , qui descendens ab Hierusalem in Hierico in latrones inciderat , qui etiam despoliauerunt eum & plagiis impositis abierunt ab eo seminino, tanta motus fuit misericordia, ut vulnera eius alligauerit , & imponens illum in iumentū suum duxerit in stabulum , & curam eius egerit, quantò maiori misericordia commoueri debet Sacerdos Christianus , videns internis suis oculis peccatorem lapsum in manus longè formidabiliores infernali- um latronum , à quibus longe meioribus bonis spoliatur ac exuitur , grauius luditur multoque acerbius tractatur atque affligitur?

Hæc meditatio cor illi discindet,

LUC.
10.

similque extimulabit ad Dominum
toto corde orandum, ut opem ani-
mum ac fortitudinem sibi largiatur
ad charitatis hoc opus, quod facere
in animo habet, exequendum ac per-
ficiendum. Quod etsi pium, tamen
usque adeo difficile est, ut nisi singu-
lari gratia sua Deus assistat, nullae
vires humanæ, ratióque ad illud re-
Eccles. Etè perficiendum sufficient, vt etiam
Psal. testatur Salomon, quod nemo possit
I. 26. corrigere, quem Deus despicerit;
cuinon absimile est illud: *Nisi Do-*
minus ædificauerit domum, in vanum,
laborauerunt, qui ædificant eam.

Eadem hæc consideratio ac dolor,
quem in animo suo conceperit ex-
peccatoris miseris, incitat eum ad
patienter sustinendas varias illas
molestias, dolores ac tædia, quæ in
Confessionibus audiendis solent oc-
currere, partim propter horrenda &
fœdissima flagitia, quæ in Confessio-
nibus subinde audiuntur, partim
propter graues ac intricatos casus,
qui incident, partim propter peri-
culum in re tanti momenti errandi:
vum etiam propter ingeniorum ac
morum, quibuscum agitur, varieta-
tem ac duritiem; nec non ob exigua

DE INSTR. CONFESS. CAP. III. 13

præparationem, malamque dispositionem, qua non raro ad confitendum Peccatores accedunt, quæ supplerre ac perficere Sacerdotis officium est, nec fieri sine singulari Dei auxilio possunt. Ita ut propter hæc & similia, sicuti magna charitatis ac meriti, ita etiam magna difficultatis ac fastidij minus sit, ad quod expedienter magna opus est patientia, quæ à Deo supradicta meditationculæ ac oratione, quemadmodum & reliquæ omnes virtutes necessarie acquiruntur. Cui quidem orationi accommodatissimus est ille versus. *Cor mundum crea in me Deus,* Psal.
cum reliquis quatuor sequentibus, 50.
aut hymnus iste cum collecta de Spiritu Sancto, qui incipit: Veni creator Spiritus, aut alia quæuis vocalis oratio, ad quam Sacerdos maiorem sentit devotionem. Eiusmodi oratione, compassione, ac patientia tanquam armis communitus Sacerdos, certamen Confessionis secutiūs ac confidentiūs aggredi, & à Dominino Deo victoriam sperare potest.

*Quomodo in admitendis Pœnitentibus
se gerere debeat Confessarius.*

CVm ad Confessionale sese receperit Confessarius, frequensque numerus eorum fuerit, qui confiteri desiderant (quemadmodum solet esse festis maioribus, ac Septimana sancta) bonum erit, vt quinam primo loco, quinam vero postremo audiendi potissimum sint, secum meditetur; ac primum quidem eos audit quibus minor est prestolandi occasio, confiteri vero maximè necesse habent, ne videlicet moræ longioris pertexsi Confessionem omittant: reliquos verò, quos non ita citò potest audire, bonis ac maliibus verbis detinere studeat, promittens se omnes tandem auditurum; moneat interea temporis, vt orationi ac suorum peccatorum examini vacent. Non admittet autem quos ense, aliisve armis cinctos, aut aliquin nimis leuiter vestitos accedere videbit; neque etiam mulieres, quæ capillis calamistratis, facie fucata aliisque vanitatibus atque illecebris scandalum aspicientibus præbent,

DE INSTR. CONFESS. CAP. IV. 17
sed vnam alteramve admonebit discretè; vt ea modestia decentiāque interna & externa accedant, quæ tali actui ac loco congruat, ac rum se ad audiendum eas fore paratum. Vbi ergo pœnitens flexis genibus ante eum confederit, monebit eum, nisi vltrò id fecerit vt magna cū humiliata dolore ac contritione nudato capite, si virilis sextus sit utroque poplite flexo secontineat, idque ita ad latu[m] Confessarij, vt alter alterius vultum intueri non possit; præsertim si foeminae sint, siuæ semper quoad fieri potest, palam in Confessionalibus ad id deputatis audiri debent. Quod si verò per occasionem id non liceat, accommodabit se quam fieri potest oppositè Confessarius, ita versus latu[m] confitentis manu ad genas admota, vt alter alterum nec videre possit, nec tangere.

Animaduertendum præterea est, bene valantium confessiones, præsertim sœminarum in Ecclesiis semper, aut locis consecratis palam, non in ædibus esse audiendas atque excipiendas. Et si magnus confitentium fit numerus tam longè à se ac cōfidente reliquos starc iubeat, vt ab

iis intelligi non possint.

Vbi ergo hoc modo constituti ac collocati fuerint; confitentem, nisi id sponte sua fecerit, admoneat, ut signet se signo sanctæ Crucis, pri-
mumque Confessionem recitet gene-
ralem, quam si non calluerit adiu-
uet eum Confessarius, aut Symbo-
lum recitare iubeat Apóstolicum,
Orationem Dominicam, & Saluta-
tionem Angelicam, ut quomodo in
his instructus sit intelligat.

His peractis, sunt qui existiment Confessarium questiones nonnullas Pœnitenti, antequam peccata sua enumerare incipiat, utiliter propo-
nere: Primò, ex quanto tempore non sit Confessus? Deinde, An Pœ-
nitentiam iniunctam peccato fecerit?
Tertiò An conscientiam suam ex-
aminauerit, & peccata sua diligenter perpenderit? Quartò, de statu, sit
ne matrimonio copulatus an liber,
aut religiosus ac maioribus ordini-
bus initiatus; vt scilicet eò melius
circumstantias peccatorum intelli-
gere ac inquirere possit? Quintò, A
peccatore cognoscat, sit ne impedimen-
tum aliquod, ob quod eum ob-
soluere non possit; quale esset con-

DE INSTR. CONFESS. CAP. IV. 19
cubinatus, si concubinam nolit dimittere; aut si fœnator sit, nec propositum habeat pecuniam fœnore partem restituere, & ab usuris deinde abstinere: contra quempiam iniicitias gerat, cui nolit ignoscere aut reconciliari; aut si forte in tali fit excommunicatione, à qua potestate non habeat eum absoluendi.

Hæc inquam & similia, multi initio putant necessariò inquirenda; ne videlicet pœnitens conqueratur, quod post peractam tanto labore, suique confessione Confessionem eum Confessarius non absolutum dimitat. Alij è contra utilius arbitrantur, prius integrum audire Confessionē, ut ium Confessus eò citius ac faciliter Confessarij admonitionem suscipiat, ac quæ illi proponentur, exequatur.

Ego verò in hoc regulam nullam generalem tenendam iudico: interdum enim hunc modum, interdum verò aliud sequi conducit; atque ideo totum id Confessarij prudentiæ ac discretioni committendum, cui incumbit pœnitentis qualitatem ac conditionem diligenter considerare, quem si aliquo modo cognouerit a-

nulloque tali impedimento obstrictum
compererit, consulto eiusmodi quæ-
stiones omnino poterit omittere; si
verò non immerito de aliquo dubi-
tate, inquirere poterit antè vel post
Confessionem, prout illi visum fue-
rit commodius. Quanquam enim
prioris illæ interrogationes sine
posterioribus utiliter in principio
institui possunt, si Confessarius pœ-
nitentem non norit, siátque confes-
sio à longo tempore, tamen si norit,
aut alias subinde eundem audiuerit,
sciátque confessionem à paucō tem-
pore collectam, nihil opus erit eius-
modi rerum inquirere. Considerabit
porrò Confessarius, in hoc casu ne-
cessarium esse nonnunquam, ut ante-
quam confessionem pœnitens exor-
diatur, paucis cum verbis console-
tur, animetque ad synceram con-
scientiæ & omnium suorum pecca-
torum reuelationem; simûlque illi
declarabit, se vicem administrare
omnipotentis Dei, qui paratus fit
eum suscipere, peccata quantumuis
enormia ignoscere, ac damna omnia
iterum reparare, non minori beni-
gnitate ac humanitate, quam filium
illum prodigum clemens ille Pater.

recepit : modò ipse, quemadmodum *LNC.*
 & ille , toto corde pœniteat , & ad 15.
 dulcissimum suum patrem reuerti
 velit : atque ita omnia sua flagitia ac
 errata per totam vitam commissæ
 cum vero emendationi proposito
 confiteatur.

Insuper docebit quæcumque ipse
 Confessus fuerit peccata , adeò se
 obligatum ad ea reticenda ac cæla-
 da , vt mille mortes potius oppete-
 re debeat , quām vel vnum tantūm
 ex iis reuelare ausit ; omninoque pœ-
 nitens sibi persuadeat non se Con-
 fessario ; sed ipsi Christo , qui omnia
 nouit , confiteri . Sic agendum cum
 peccatore , cui longior facienda con-
 fessio , quīque nimio timore , pudore ,
 diffidentiāque adeo afficitur , vt eius-
 modi confortatio ac fiducia ei sit ne-
 cessaria . In aliis verò confessionibus
 ordinariis , vbi nulla talis cernitur
 difficultas , necesse non est eiusmodi
 verbis diutiùs immorari , sed mox ini-
 tiò confessionem eum auspicari per-
 mittet . **C A P V T V .**

*Quomodo se gerere debeat confessarius
 eum pœnitente in ipsa Confessione.*

Obseruatis igitur iis , quorum
 præcedentibus capitibus fecis-

mus mentionem, Confessarius iubebit pœnitenti sua peccata, quæ confiteri vult, recitare. Et quantumuis obnoxè petat per interrogata examinari (quemadmodum id plerumque postulare mulieres solent) tamen Confessarius eum adigat, ut ipsemet omnia peccata, quorum recordari potest, recenseat: licet sine ordine, vel ea ad minimum, quibus urgetur maximè, cum adiuncta promissione prolixè postmodum, quantum satis erit eum se examinaturum. His monitis (ut decet) ohtemperantem Confessarius magna attentione ac patientia continenter audiat; nihil interloquatur, non arguat, nec interroget, donec omnia, quæ dicere proposuerat, absoluuerit; quin diligenter etiam caueat, ne nullum det lignum, unde colligat Pœnitens, tædio eum affici, aut ob peccatasua scandalizari, aut ea admirari, quamuis grauia atque enormia sint; quin potius ea dissimulet ac supprimat, quasi nihil audiat; & si fieri possit, ab excreando etiam se contineat, tum præsertim cum carnalia peccata recenset, ne videlicet ex naufa peccatorum excretionem

istam prouenire pœnitens arbitretur, & ab incœpta confessione pudore, aut perturbatione impeditus, desistat.

Agendum ergo h̄ic existimet Confessarius, quemadmodum cum muliere parturiente agi solet, cum quā nihil attentandum, quo vel turbetur, aut impediri partus possit. Pati omnino modo agendū putet cum pœnitente, qui eō temporis articulo quasi parturiens laborat. Ac tūm dumtaxat eum dirigat ac ducat, cūm errorem aliquem eum committere deprehendit, veluti si socium suum vellet nominare, cūm quo peccauit, id quod fieri nequaquam debet: aut si alioquin vtatur verbis ad rem non pertinentibus. Admonitio etiam est non contemnenda, vt dum pœnitens sua peccata recenset, Confessarius tacitè animum suum ad Deum, eleuet, ei animam, quam sub manibus suis tenet commendet, ac oret, vt lucem ei suam, opem ac veram contritionem impertiatur, vt peccata sua verè agnoscat ac sincerè confiteatur. Hæc mentis eleuatio fieri potest in momento absque multiplicatione verborum, ita vt attentioni

necessariæ in confessionibus , nihil obfit aut derogetur. Orare etiam nonnunquam poterit pro semetipso , tum præsertim cum forte ob auditum peccatum aliquod in se senserit tentationem aut stimulum. Ideoque sicut medici , dum visitare pestifera lue infectum coguntur , preciosum aliquem odorem aut aliud quodpiam pharmacum in promptu habent , quo ab eo morbo protegi se ac defendi posse sperant : ita etiam & quidem multò diligentius prospicere ac prudere sibi debent medici spirituales , quibus agendum est in confessione cum hominibus in anima non minus ægris , ac peccatorum pestilenta longè deterius & periculosius infectis.

*Actoy.
19.*

Et quidem multum refert Sacerdotes in eiusmodi casu diligenter attendere , ne idem iis eueniat , quod S. Lucas , filiis Sceux Iudæi accidisse commemorat , qui cum curare vellent obsessum , uti solebat S. Paulus , insiliit in eos homo in quo erat dæmonium ; & dominatus amborum inualuit contra eos , ita , ut nudi & vulnerati effugerent , dum ex arrogancia id facere moliebantur , quod

S. Paulus

DE INSTR. CONFESS. CAP. V. 25
S. Paulus faciebat ex sanctitate. Idē
planè euenire nonnumquam solet
his, qui minus hoc ex præsumptio-
ne usurpant. Dum enim cum infe-
ctis ac prauis hominibus conuer-
santur, suique nullam curam ha-
bent ac rationem, neque de ullo an-
tidoto ad præseruationem ac defen-
sionem sui solliciti sunt, hinc fit, ut
quam in aliis curare volebant pesti-
lentiam, ipsis adhærescat. Ac tan-
dem suo certissimo damno ediscant,
quam verum id sit, quod scriptum Eccles.
est. *Qui amat periculum, in illo pe- 3.*
ribit.

CAPUT VI.

*Quid in interrogando atque exami-
nando attendere potissimum
debeat confessarius.*

INTERA dum Pœnitens peccata sua
confitetur, si animaduertat eum
recte pergere Confessarius, si nat re-
censere, quamdiu quid illi occur-
rit; si vero videat eum mentem suam
explicare non posse, aut confessio-
nem debito modo non perficere; ea
t intum peccata inquire ac intelligere
sufficerit, quæ maxime pre-
niunt ac urgent Pœnitentem, & ne
tempus perdatur, moneat cum no-

nihil subsistere & ad interrogata
tantum respondere. Ac tum inci-
piat iuxta canonem ac ordinem Ec-
clesie ipsum examinare, ita ut ca-
ueat quicquam eorum obmittere, in
quibus deliquisse Pœnitentem ipsi
verisimile videtur: examinando &
scrutando conscientiam eius, que-
madmodum medicus malum infir-
mi, aut iudex partium causas inue-
stigare consuevit, ut si forte pecca-
tum aliquod pudore, vel negligen-
tia omiserit, aut suppresserit, id ip-
sum prodere ac manifestare faciat.

Sed quemadmodum in rebus dili-
gentiori inquisitione indigentibus
non oportet esse breuem nimis aut
negligentem, ita caendum etiam
est, ne in rebus superfluis ad rem
non pertinentibus fastidiosus nimis
sit ac curiosus. De iis ergo peccatis
interrogare pœnitentem debet, quæ
alij eiusdem conditionis solent com-
mittere, non autem de his quæ alie-
na sunt à conditione pœnitentis; non
interroget, inquam, coniugatos de
iis, quæ religiosos potissimum con-
cernunt; nec viros aut virgines' re-
ligiosas interroget de peccatis con-
iugatorum, sed accommodare se

DE INSTR. CONFES. CAP. VI. 27
nouerit vniuerscuiusque professioni,
ac officio.

Inter examinandum porro, præ-
sertim si sermo sit de peccatis car-
nalibus, verbis uti studebit mode-
stis ac pudicis, qualia locus, in quo
agitur, & Sacramenti, quod admi-
nistrat, dignitas requirit; neque
scrupulosus nimium sit in inuesti-
gandis omnibus istis ac diuersis ta-
ctibus inkonestis, qui concurrere
confueuerunt in miserandis ac tur-
pibus his peccatis; cum id & pœni-
tenti, & sibi pariter præbere possit
causam temptationis; sed sufficerit
necessarias tantum circumstantias
inuestigare, quibus peccatum ag-
grauatur, ac enormius, quam per
se est efficitur.

Multò verò diligentius cauebit,
ne in interrogandis ac audiendis
eiusmodi rebus imaginationem suam
ad impudicas huius peccati illece-
bras conuertat, sed operam dabit,
ut comprehendente eas intellectu,
caro quasi certo quodam modo non
resciscat, aut sentiat, fin id fieri non
possit, videatque sensualitatem eius-
modi rerum auditione commoueri
atque inflamari, consultum erit

non nihil subsistere, & ab iis se mentis, de qua s̄p̄rà egimus, eleuatione ac breui quadam oratiuncula deflectere. Iam quòd ad quæstiones attinet, quas instituere Confessarius debet, hoc esto consilium. Vbi pœnitens omnia sua peccata perfectè confessus fuerit cum expressione omnium necessiarum circumstantiarum, quemadmodum facere solent doctiores ac diligentiores in suis confessionibus superuacaneum erit in eiusmodi casu plus temporis perdere & de nouo interrogare velle. Si vero aliis quispiam sit, qui maiori suæ confessionis parte rite peracta in vna aliqua parte delinquit, relinquendo aliquid minus diligenter declaratum, aut necessarias aliquas circumstantias supprimendo, sufficerit ea tantum de re interrogare, quam omisit, aut non satis dilucide explicauit, reliqua, quæ sufficienter confessus est, prætereundo. Si vero tota confessio perturbata sit sine ordine ac declaratione necessiarum circumstantiarum, pœnitentem, quasi omnino confessus non sit, de nouo Confessarius examinabit, decalogum & se-

ptem peccata mortalia percurrente. Et quia in percensendo numero peccatorum mortalium magnam subinde pœnitentes facere solent difficultatem, utpote quorum tam accurate meminisse non posunt, præsertim si à multo tempore confessi non sint, iuuare pœnitentem poterit Confessarius adigendo eum, ut numerum aliquem exprimat, quem ipse putet quam proximè ad veritatem accedere; quod si neque illum possit exprimere, inquirat ab illo, an per singulos dies, septimanas, an verò per menses aut quoties in die, septimana aut mense eiusmodi peccatum commiserit, ex quo in certam deinde notitiam petueriet numeri peccatorum admisiorum, ut scilicet plena & perfecta reddatur confessio. Circumstantias etiam necessarias diligenter indagabit, eas videlicet, quæ vel sepiem peccatorum mutant, vel si non mutant, notabiliter saltem agrauant, quas ex Summis facile poterit cognoscere. Atque hæc de examine in confessione faciendo dicta sufficient ut ad alia multa, quæ in diuersis de Confessione scriptis libris con-

tinentur, recurrere non sit opus, cùm omnia sub p̄dictis instructiōnibus ac regulis comprehendantur. Quibus etiam adiungj poterit modus examinandi p̄enitentem iuxta ordinem peccatorum capitalium. Cauendum verò omnino est, ne inquirendo nimis sit prolixus, vt aliis etiam maioris momenti rebus tractandis, de quibus post agemus, tēporis nonnihil relinquatur. Si vero tempus patiatur, & iam à multo tempore p̄nitens confessus non sit, putētque eivtile ac gratū futurum, Confessarius examinare eum poterit percurriendo per Decalogum, septem peccata mortalia, p̄cepta Ecclesiæ, itēmque omnia ea peccata, in quæ homines eiusdem cum p̄enitente conditionis frequentius incidere consueuerunt. In reconciliatiōnibus verò siue brevioribus confessionibus certarum ac notarum personarum, quæ subinde confitentur, aut parum aut nihil omnino inquiri opus est. Utile tamen fuerit, bonam aliquam iis dare admonitiōnem, quemadmodum deinceps declarabimus.

CAPUT VII.

*De admonitionibus, quas Pœnitentibus
post interrogationes dare debet
Confessorius.*

Postquam amit Confessorius per examen & interrogationes de peccatis pœnitentis, ut etiam de viciis, ad quæ propensior est, ac tandem de statu, negotiis ac dispositione eius satis est instructus; necessarium erit, ut tanquam patrem erga illum se exhibeat, eum reprehendat, terreat, adhortetur, breuibusque verbis, quantum satis esse putauerit, admoneat; propterea quod nunquam alias ad recipienda & exequenda salutaria monita idonei ac dispositi magis sunt pœnitentes, quam in eo ipso temporis articulo. Exhortatio hæc longior ac brevior esse poterit, prout ad eam recipiendam pœnitens magis minusve erit dispositus; hi enim, qui paucioribus onerati peccatis frequentius accedunt ad Confessionem, ac bonæ conscientiæ sunt, breuius sunt expediendi: quemadmodum & eos, qui multa licet peccata perpetraverint, discretione tamen atque intellectu pollent, sufficientique-

peccatorum compunctione ac dolore firmum sibi fecerunt proposum vitam deinceps emendandi, longis adhortationibus instruere, aut acrius increpare velle superuacaneum est; sed satis erit necessaria tantum iis remedia ac instructiones proponere, de quibus postea. Rudioribus vero, obstinatis, & his, qui grauissimis onerati peccatis exiguum admodum compunctionis ac pœnitentia præ se specimen exhibet, pressius imponenda manus, id est, eos acrius arguere, increpare, minarique oportet, & hoc pluribus verbis iis inculcandum. Primo, quam grauiter diuinam offendent Maiestatem, cui quantopere peccata displiceant, facile ex grauissimis pœnis colligere est, quibus & in hac vita caspe castigauit, ac post hanc vitam in inferno etiam multo seuerius vindicaturus est. Secundo magnum illud detrimentum, quod ipsimet sibi suis peccatis consciuerunt, quod quantum sit, hinc facile potest existimari, quod unicum duntaxat peccatum mortale committendo, omnis diuinæ gratiae ac amicitiae iacturam faciant, gratiam ac dona Spiritus sancti una

DE INSTR. CONFESS. CAP. VII. 33

cum omnibus spiritualibus ac internis dñitiis , quas ante commissum peccatum possidebant , amittant , hostes maneant Dei & Sanctorum Angelorum ac Electorum,hæreditate denique cœlestis regni spolientur , ac inferno adiudicentur , anima præterea quæ pulcra antè erat , ac Solis instar splendida, desœdetur , denigretur , ac putrefact , vt alias malorum iliades omittam , quas lingua nulla humana potest exprimere . Tertiò exprobrandi illis erit insignis illa indiuinam Maiestatem commissa ingratitudo , à qua licet creatus sit peccator , tantisque beneficiis generalibus simul ac particularibus affectus , quantum facile est vnicuique per se cognoscere , tamen omnium oblitus eum contempserit ; tot tantisque gratiis ac beneficiis à Deo acceptis vilissimam ac momentaneam , qualis vno peccato concipitur , voluptatem anteposuerit , atque ita maiorem erga Deum ingratitudinem commiserit , quam contrà quemvis alium hominem commissurus fuisset , à quo similia aut minora etiam beneficia accipiet . Deum præterea minoris quam homines estimauerit ; id quod vel

Hinc clarum ac manifestum euadit, quod si vel semel dumtaxat hominem quempiam offendisset, qui id ipsum illi ignouisset, cauisset sibi proculdubio iterum eundem laedere aut offendere; Deum vero, qui toties illi ignouit, de novo offendere ac lacesse re nequam reformidarat. Quartò ob oculos illi ponet periculi, in quo versatur, magnitudinem; si enim mortuus fuisset in isto peccato, quod aquè illi ac multis aliis contingere potuisset, ad perpetuam continuò damnationem ac pœnas infernales fuisset præcipitus; ex quo facile ipsi videtur est, quanta eius fuerit stultitia, qui tanto tempore intam periculoſo statu perseverauerit. Et quis non miretur, si consideret quod nemo sit, qui vel unicam dumtaxat noctem cum serpentibus dormire sustineat, præ metu nimirum, ne ab iis laedatur, aut damnum aliquod accipiat, peccatorem vero usque adeo temerarium ac presumptuosum existere, ut tot dies ac noctes interveniantos adeo serpentes ac formidando leones, peccata videlicet, qui escere non reformidet, nulloque me tu dambi multò maioris, quo affici

ab iis potest, commoueri? Quintò
doceat eum, quantum intersit ac re-
ferat, si quis firmum faciat proposi-
tum nunquam deinceps Deum offendendi,
sed emendandi vitam, & la-
borem omnem diligentiamque adhi-
bendi pro recuperandis iis rebus,
quas per peccatum perdidit ac ami-
fit, simûlque eum moneat, ab'que
hoc firmo emendationis ac satisfa-
ctionis proposito in maiorem potius
damnationem, quam in utilitatem
suam ac emolumentum confessionem
cessuram. Hæc authorum aliqua
puncta prudens Confessarius in con-
fessione breuius expedire aut latius
diducere poterit, prout pœnitentis
dispositioni, nature ac proprietati
conuenientius & utilius fore iudica-
uerit. Animaduertendum vero, fieri
posse, ut adeo pusillanimis quis sit,
tantamque peccatorum suorum con-
ceperit contritionem, ut consultum
non sit eum increpare aut perterre
facere, sed consolari satius sit ac con-
fortare, infinitam Domini bonita-
tem ac misericordiam ei ob oculos
ponendo, quam exhibere solet his,
qui toto corde ad eum conuentuntur.

Atque hoc modo (exemplo Samari-

Luc.

10.

tani, qui oleum ac vinum in hominis
à latronibus sauciati vulnera infudit)
increpationis vino, oleoque consola-
tionis pro pœnitentium conditione
cum discretione uti poterit.

C A P V T VIII.

*De remediis ac instructionibus vitaे,
quas Pœnitenti communicare debet
Confessarius.*

Vbi ergo Patris officium Confes-
sarius fuerit executus, arguen-
do ac consolando secundum diuer-
sam cconditionem ac necessitatcm Pœ-
nitentium, Medici etiam fungatur
officio oportet, procurando videlicet
bena ac valida suis Pœnitentibus re-
media, quibus præmuniti ac instru-
eti, tentationibus possint resistere,
ne in priora peccata relabantur.
Nam quod de corporalibus, idem
etiam de animi morbis dici conve-
nienter potest, paroxysmum videli-
cet morbi ipso morbo multò esse pe-
ricularem, id quod aperitè nobis
Christus Dominus declarat, ubi pa-
ralytico dicit. *Ecce sannus factus es:*
iam noli peccare, ne deterius tibi ali-
quid contingat. Itaque quicmadmo-
dum medicus, qui satisfacere suæ

vocationi cogitat, non contentus est
agro tantis morbū duntaxat curare,
sed eundem etiam præseruare cona-
tur, ne in alium facile morbum inci-
dat; ita etiam pari studio, imò ma-
iori etiam diligentia annihi debet
spiritualis animę medicus, vt varia
ad manum habeat remedia, quę Pœ-
ni entibus suis communicet contra
tentationes, quibus impugnari con-
sueuerunt, & iam alias vieti subinde
fuerunt. Quemadmodum enim varię
tentationes sunt; ita etiam varia exi-
stunt remedia, quę contra eas adhi-
beri possunt, de quibus ante annos
aliquot peculiarem aliquem con-
scripsi Tractatum, quem sub finem
huius libelli mihi operæ premium
visum fuit adiungere, vt si quis forte
ulterius eiusmodi inquirendi aut scis-
citandi voluntatem aut commodita-
tem non habeat, ex eo quę proposito
suo potissimum conueniant, possit
decepere.

Meminerit tamen Confessarius
pr̄ter iam dicta remedia, p̄nitenti
etiam aliquam vitæ dandam esse in-
structionem; simulque instituendos
ac docendos eos, qui vix ac ne vix
quidem intelligunt, in quem finem à

Deo creatus sit homo, ut scilicet
(quemadmodum alicubi docet S.
Augustinus) summum bonum, quod
Deus est, cognoscat ac amet; quan-
tum quidem in hac vita per fidem
cognosci potest; eodemque futuro
seculo in perpetuum fruatur; ad
quem finem omnes suas dirigere de-
bet actiones, ei obedire, operamque
dare, ne precepta eius vñquam trans-
grediatur. Atque ita vnicuique eas
det instructiones, quas utilissimas ac
conuenientissimas cuilibet esse iudi-
cauerit. Exempli gratia, si quos modo
orationi deditos, atque in ea exer-
citatos animaduertat, ad prosequen-
dum cum constantia eiusmodi exhorte-
tur exercitium, doceatque eos
puncta aliqua, quæ antè ignorauer-
runt. Aliis, qui gustum aliquem ha-
bent orationis contemplatiæ seu
mentalæ, ifagogem seu introduc-
tionem aliquam ad eandem communi-
cet, aut ad libellum saltem aliquem
spiritualem, per quem iuuari pos-
sint, legendum exhortetur; item ad
legendos septem Psalmos Pœnitenti-
tales, si legere possint, aliásque
pias precationes, quales in Catho-
licis libris reperiuntur. Imperitos

D E I N S T R . C O N F E S S . C A P . V I I I . 39
verò legendi doceat manè simul atque ex parte recti fuerint , Orationem Dominicam , Salutationem Angelicam , ac Symbolum Apostolicum aliquoties recitare , Deo se commendare , eumque orare , ut ea die sub protectione sua se velit conseruare , templumque ante omnia alia negotia , si fieri possit , adire ad audiendam missam , & sic iuxta doctrinam Christi primum regnum Dei , ac iustitiam eius serio quaerat . Similiter illis præcipiat vesperi , antequam cubitum eant , conscientiam examinare , modumque id faciendi edoceat ; moneatque quotidie aut Dominicis ac festis saltem diebus , rosarium cum deuotione recitare , cuiusdemque illis mysterium interpretetur ac expliceat . Ditiones ad eleemosynas elargiendas & spiritualia misericordiae opera exercenda exhortetur , vt pote quæ ad diuinam impetrandam misericordiam non parum eis praestabunt adiumenti , quemadmodum Christus Saluator noster ipse met testatur . Ne-
Matth. 6.
gotiatores porro ac mercatores prospicere iubeat , ut iusti sint eorum contractus ac negotia ; sicuti dubium aliquod incidat , à doctis , carumque

Mat. 5

25

rerum peritis consilium requirant. Similiter etiam opifices ac artifices moneat, ut iusto labore sibi victum querant, omnia sua opera ac labores in Deum eiusque honorem ac gloriam dirigentes, quemadmodum monet **Apostolus.**

Ad Ephes. Demum omnes ad frequentem confessionem ac communionem adhortentur, ut incipientes primùm præcipuis anni festis confiteri, paulatim singulis mensibus aut etiam frequenter id facere assuecant, & quò magis temptationibus premi se sentiunt, eò contra eas assurgant alacrius, neque vinci ullo modo se patientur; quin & ipsi se ad certas faciendas pœnitentias obstringant, si in eadem peccata relabi contigerit.

His aliisque id genus instructionibus pœnitentes suos pro personarum diuersa conditione instituere poterit **Confessarius.** Atque hæc ratio & modus est in confessione obseruandus, qui quò firmius memoria inhæreat, redigi succinctis verbis in hunc ordinem potest. Primò, breui quadam oratiuncula ante confessionem **Confessarius** se præparabit. Secundò, ad amissim pœnitentem ad-

DE INSTR. CONFESS. CAP. VIII. 41
monebit, ut debito se modo gubernet. Tertio, iubebit pœnitentem peccata recitare, quorum recordatur, eumque audit et diligenter, patienter & cum sui ipsius obseruatione & custodia, Quarto, pœnitentem post enumerata peccata, de rebus tantum necessariis, verbis decentibus ac honestis interroget. Quinto, postquam examinauerit eum, arguat, increpet, admoneat, consoletur. Sexto, necessaria illi remedia prescribat ac commendet. Septimo, reliquum est, ut omnibus his peractis pœnitentiam illi iniungat, & absolutionem conferat, de quibus sequenti capite agemus.

CAPVT IX.

*Quam Pœnitentiam ac satisfactione
Pœnitenti Confessarius imponere
aiebeat.*

PAtris ac medici personam modo supradicto, ubi administraverit Confessarius, reliquum est, ut iudicis etiam demum personam agat. Quare ut iudicis est auditis partibus ac processu absoluto pronunciaré sententiam; sic etiam competit spirituali iudici (qui Confessarius

est) ut post audit a confessione peccata pœnitentis, notare que sufficienti in eo de admissis peccatis dolore ac contritione (quæ duæ priores sunt Pœnitentia partes) pœnam etiam illi siue satisfactionem, quæ tertia Pœnitentia pars est, pro delicti grauitate imponat, tandemque absoluat, in quo finis siue perfectio huius Sacramenti consistit. Advertet verò hic Confessarius, si pœnitentem obligatum esse contingat ad restitutionem bonorum, honoris, aut famæ, ut, antequam eum absoluat, prater Sacramentalem satisfactionem, de qua agimus in præsenti, etiam illam præcipiat atque injungat; ad eiusmodi enim restitutionem tenetur, etiam non imponente eam Confessario, iuxta sententiam D. Augustini. *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Salua itaque restitutione, si ad eam teneatur pœnitens, de qua postea, satisfactio illa tertia huius Sacramenti pars est ea ipsa, quam communiter dicimus pœnitentiam, quæ ex Confessarij arbitrio, pro peccatorum multitudine, grauitate, aliisque circumstantiis pœnitenti inponitur. Ut au-

Epist.
54.

DE INSTR. CONFESS. CAP. IX. 43.
tem sciat Confessarius, quid in hac
parte agendum sibi potissimum si
quentibus instructionibus se iu-
uare poterit. Prima est : Expedire
pœnitentiam hanc iniungere ante
absolutionem. Si enim primùm con-
feratur absolutio , quemadmodum
in more habent nonnulli, pœnitens
iam se absolutum videns, injunctam
sibi pœnitentiam subterfugere po-
terit ac detrectare ; id quod facere
nequaquam poterit, si ante absolu-
tionem illi imponatur, dum metuit
ne à Confessario non absoluatur, si
pœnitentiam sibi ab eo legitime in-
iunctam nolit acceptare.

Secundo cauebit, ne pœnitentiam
imponat in præjudicium tertij, qua-
lis illa futura esset, si seruo cuiquam
aut mancipio peregrinationem diu-
turnum aliquod ieunium , aut alio-
quin duram aliquam carnis castiga-
tionem vellet imponere, quibus plus
æquo debilitatus domini sui nego-
tiis vacare non posset.

Tertio pro peccatis occultis non
injunget pœnitentias publicas, nisi
iusta & cvidenti aliqua ex causa,
& pro maiori aliorum ædificatione
pœnitens eas vltro acceptet & per-
ficiat.

Quarto, eiusmodi pœnitentias contenti imponere studebit, quæ præterquam quod satisfactoriæ sunt, etiam salutares sint, ac medicinales: ut non tantum pro commissis peccatis satisfaciat, sed à futuris etiam præseruetur, in quæ aliás incidere consuevit. Quomodo vero fieri id specialiter possit, postea videbitur, quando agetur de particularibus remediis singularium temptationum, ut etiam particularium pœnitentiarum pro singulis peccatis mortalibus imponendarum.

Quinto curet diligenter, ut pœnitentem iniungendæ pœnitentiæ faciat capacem, maximè si eam grauem duramque ipsi videri putet; explicando illi, quantò grauiorem cius peccata meruerint, cum olim pro

Citatur vno peccato mortali Peccatori septē
Gratiā. annorum iniuræta fuerit pœnitentia

33. 4. iuxta Canones pœnitentiales. Ostendat ei similiter eiusmodi pœnitentiam in maius eius bonum cedere;

Cap. hoc ipsum, &
Glos. melius enim est hęc pati ac pœnitere, quam postmodum grauissimas ferre Purgatorijs penas. Perperdat etiam quantò maiorem sponte subiūsus ciet pœnam pro Regis

ibi.

Principisve alicuius, quem offendisset, gratia clementiæque recperanda; vnde meritò illum pudebit adeo duram eiusmodi pœnitentiam iudicare, quæ ad tollenda tanta peccata, & ad tanti Regis ac Domini, qualis Deus est, quem toties actu grauiter offendit, gratiam promerendam imponitur.

Sexto aduertat Confessarius, si pœnitens ad pœnitentiam suscipiendam iustis solidisque rationibus induci non possit, expedire eam non-nihil minuere, eique talem iniungere, quam libenter latiusque acceptet, quia, ut ait Apostolus. *Hilarèm datorem diligit Deus.* Quod si vero tolerabilem imposuissest pœnitentiam, neque tamen eam verè pœnitens admitteret, nec iusta aliqua ex causa recusaret, et si quidam putent nihilominus absoluendum ne de pertrans abeat; ego tamen non absoluendum iudicarem; quia qui sic affectus est, ad absolutionem consequendam non est dispositus, eritque melius ut male contentus, quam deceptus abscedat.

Septimo, et si Confessarius pœnitenti omnia iniungat, quæ promeri-

2. ad
Corint.
9.

tum iudicat, ipséque acceptet, vt
liter tamen eum adhortabitur, vt
spontè plura quam iussus est, faciat;
omnia enim hæc omnino peccatis
suis minora sunt, si rigidiùs cum illo
foret agendum. Atque hæc de istis
in genere iam dicta sunt; de aliis re-
bus magis particularibus capite pro-
ximo tractabimus.

CAP V T X.

*De aliis quibusdam particularibus, qua
Confessario in Pœnitentiis specialibus
iniungendis utilia possunt esse.*

CVM materia de specialibus pœ-
nitentiis, quæ pœnitentibus
imponendæ sunt, magni momenti sit,
ac difficilis cumprimis, vt de qua
pauca reperiantur scriptis tradita,
eo quod eiusmodi omnia fere Con-
fessarij prudentis arbitrio permit-
tantur, optimum iudicavi præter
ea, quæ in præcedenti capite dicta
sunt, alia quædam adiungere.

Vbi iam positas admonitiones,
regulasque Confessarius sibi fami-
liares reddiderit, etiam debebit,
(vt specialius aliquid ea de re di-
camus) curam adhibere, vt in im-
ponenda pœnitentia & satisfactione,

modum seruare norit, ac puncta se-
quentia diligenter notet.

Primum, ut attendat ad peccato-
rum Pœnitentis numerum. Nam
prout ille maior minorve extiterit,
pœnitentia quoque grauior erit aut
leuior : Et contrâ, quanto minor
tanto minor iniungenda pœnitentia.
Simili enim modo inaltera vita apud
inferos, & in Purgatorio accidet ut
habetur in Deut. *Pro mensura peccati,*
erit & plagarum modus. Et in Apo-
calyp. *Quantū glorificauit se, & in de-*
liciis fuit tantū date illi tormentū, &c.

Cap. 25

Cap. 13

Secundò, consideret contritionem
& dolorem Pœnitentis. Magis enim
contrito ac dolenti pœnitentia mi-
nor : ei qui minùs dolet, maior im-
ponenda est.

Tertiò, rationem quoque sexus
habeat. Nam ordinariè, ut ita di-
cam pœnitentia maior viris, quâm
mulieribus infirmioribus iniungi-
tur.

Quartò, ætas consideranda. Si-
quidem valde senibus, & ætate par-
uis, in utroque sexu; debilibus quo-
que & agrotis minor iniungi pœ-
nitentia debet, quam robustis, &
valentioribus.

Quintò, statum cuiusque perpendat. Oportet enim pœnitentiam (siue qualitatem eius , sine quantitatem species) nobilis ac diuitis, à rustici & pauperis pœnitentia diversum esse.

Sextò, similiter attendenda est in uno quoque commoditas , quam persoluendæ pœnitentiæ habet : ut culibet ea iniungatur , quam commodè perficere possit.

Quibus ita diligenter expensis , animaduertendum est species qualitatésque pœnitentiārum , quas plerumque Confessarius præscribit , has esse : Ieiunare , Orare Eleemosinas largiri : quæ tres Satisfactionis partes sunt à Theologis constitutæ . Nec verò Ieiunij vocabulo intelligitur duntaxat illud corporale ieiunium , in Ecclesia visitatum : sed omnes aliæ castigationes & pœnæ carnis , ut disciplinæ , abstinentia , cilicum , vigiliæ , peregrinari , dormire in vestibus , humi , aut in asperibus : aliæque similes mortificationes .

Per orationem quoque , non intelligimus eam tantum quam ore perficimus , ut Officium , siue horas , Rosarium , aliásque preces , verū etiam

etiam contemplationes & meditationes pro eis, qui his uti norunt; libellos item deuotos lecitare, Sacrum & Conciones audire, aliisque diuinis officiis & cultibus vacare.

Sic eleemosynæ dicuntur, non pecuniae tantum & bona pauperibus distributa; sed ægrotis etiam seruire, hospitalia & carceres visitare, aliasque corporalia & spiritualia misericordiæ opera exercere.

Ex tribus his Satisfactionis generibus potest nunc omnia, nunc duo, nunc unum, nunc plus minusve injungere, pro diuersitate eleemosynæ conferendæ, vel orandi, vel ieiunandi: ita ut semper ad necessitatem & commoditatem pœnitentis respiciat, & regularum superiùs traditarum meminerit..

Hac ratione Confessarius intelligere potest, quomodo in Pœnitentiis imponendis, quod ad earum siue qualitatè siue quantitatè attinet, procedere debeat. Et si specialius adhuc numerum predictarū poenitentiarū scire velit, dico, quoniam Casus, & conditiones qualitatèque pœnitentium, tam sunt multiplices & varix, non posse regulam generalem

certamque tradi, qua omnia comprehendentur Quamobrem dicitur, Pœnitentias arbitrarias esse ; quoniam iudicio arbitrioque Confessarii commituntur, ubi circunstacias omnes ponderauerit & examinauerit.

Verum meo iudicio plus ipsi lucis accedet, si præter superius dictas, has etiam regulas obseruet. Nempe quamvis temporibus antiquis, iuxta commemoratas Ecclesiasticas pœnitentiarum constitutiones, pro unoquoque mortali peccato, septennis pœnitentia determinaretur, cum Christianorum charitas & zelus multò maior, & peccatorum numerus minor esset : attamen hoc seculo, ubi contrarium planè experimur, satis esse, ut pro singulis mortalibus delictis (communiter loquendo) unus pœnitentiæ dies iniungatur. Exempli gratia, pro una fornicatione, unius diei iejunium, aliæve castigationes. Item ut eodem die oret, eleemosynam det, uti diximus. Atque sic pro duabus carnalibus peccatis, duo dies; pro tribus, tres ordinentur : & ita consequenter. Quod itidem de blasphemis in

DE INSTR. CONFESS. CAP. X. 51
Deum, aliisque peccatis mortalibus
dictum velim.

Verum quidem est pro peccatis
adhuc grauioribus, magis que abo-
minandis, ut adulterio, incestu, stu-
pro sacrilego, peccatis contra natu-
ram, horrendis in Deum maledictis,
homicidiis, & aliis, pro singulis, in-
quam, maiorem adhuc & longiorem
pœnitentiam, aut minimum duos
tresve dies iniungendos esse, præter
damni dati restitutionem.

Tamen, si vsu veniret, ut pœnitens
eiusmodi peccatum toties iteraret,
ut ex huius regulæ prescripto, ali-
quot annorum pœnitentia require-
retur, satius fuerit, ipsi iniungere,
ut per unum annum singulis hebdo-
madibus, vnius diei, aut bidui, ex
superius commemorato triplici ge-
nere, pœnitentiam agat, si tamen
tres illos modos adimplendi com-
moditatem habet; sin minus, faciat
quod potest. Semper autem Confes-
sarius ad circumstantias, qualita-
tem, ac dispositionem Pœniten-
tium respiciat, ut supra monuimus.

His enim consideratis, potest vel
minuere, vel augere pœnitentiam, à
nobis in hac regula descriptā. Ex qua

sicut & ex generalibus præceptis Confessarius, (vt ego quidem opinor) abunde potest erudiri, quomodo se in hac materia, quantumuis difficulti, gerere debeat,

CAPVT XI.

Quid confessario in Absolutione vel danda, vel recusanda obseruan- dum sit.

Quemadmodum prudentia dex- teritasque Confessarij in hacte- nus dictis requiritur; ita necessariū est, vt cautē discretē que pro- cedat, in conferenda, deneganda, vel suspendenda absolutione. Quando- que enim necessariō Pœnitentem absoluēt, quandoque non: quandoque etiam absolutionem suspendet. De quibus hīc documenta ea dabi- mus, q̄æ huc pertinere videbuntur.

Et primū quidem, quod ad ab- solutionem dandam attinet, prima instrūctio sit. Quando Pœnitens suf- ficientem de peccato suo contritio- nem habet, & plenē, siue sua sponte, siue per interrogationem confessus est, cum firmo non amplius peccan- di, impositānque satisfactionem exoluendi, proposito, Confessarius

DE INSTR. CONFESS. CAP. XI. 53
absolutionem Sacramentalem dare
tenetur.

Secundò bene cognitam intelle-
ctamque Confessarius habeat absolu-
tionis formam; quæ substantialia,
necessariaque sint eius verba, in qui-
bus consistat; quæque reliqua, sine
quibus tamen absolutio valeat, ad-
di queant. Quare sciat propriam
necessariamque Sacramentalis abso-
lutionis formam positam esse in duo-
bus hisce verbis: *Absoluo te. Quæ*
adeo necessariò exprimenda sunt,
ut nisi proferantur, quamuis omnia
reliqua dicantur, à Confessario pro-
nunciari solita, pœnitens absolutus
non sit.

Veruntamen decet, iustumque est
ante & potest absolutionem profer-
ri quædam. Ante absolutionem, &
in longis præsertim confessionibus,
hæc pronunciari debent: *Misereatur*
tui omnipotens Deus, &c. Et hæc ab-
solutio deprecatoria dicitur. Verum
ad Sacramentalem propriè pertinet:
Dominus noster Iesus Christus, & reli-
qua, ut in Summula Caietani tradi-
tur. Et hæc forma brevior est, om-
nes absolutionis partes, tam neces-
sarias, quam comodas in se com-

comprehendens. Ad quam, ne aliena, incongrua, falsaque verba, ut à plerisque Confessariis fieri consucuit, adhibeantur, aduertendum est.

Tertio, si Confessarius exploratum habet, & agnoscit pœnitentem excommunicatum esse; ante alia peccata, eum ab hac excommunicatione absolvet. Quod si auctoritatem aut licentiam ab ea absolucioni non habeat, operam debit, ut aut ipse, aut pœnitens eam sibi impetrat: secus, nequaquam absoluatur. Si vero non constiterit, pœnitentem eiusmodi aliqua excommunicatione obstrictum esse, nihilominus utile fuerit, maioris certitudinis ergo, eum absolui ab excommunicatione, suspensione, & interdicto, hac conditione, ut in formula supra dicta explicatum est. Nempè, ut absoluatur ab illis Censuris, quantum Confessario licet, ac pœnitenti necessarium est. Et hic notandum, quod verbis, Suspensione, & Interdicto, in Clericorum duntaxat absolutio ne sit utendum.

Quartò, nulla pacta aut conditiones de futuro confessarius in absolutionem inferat, dicendo Absolu-

DE INSTR. CONFESS. CAP. XI. 55
ie, si hoc illudve feceris. Nam abso-
lutio cum effectu suo non debet res-
picere futura, sed quemadmodum
in præsenti confertur, sic etiam con-
festim operatur in eo, qui ad eam
legitimè dispositus est. Itaque, quæ
pœnitenti Confessarius exequenda
postea injunget, ipsi ante absolutio-
nem declareret. Quæ si pœnitens ac-
ceptauerit, & Confessario se factu-
rum promiserit, de præsenti citra
omnem de futuro conditionem, à
Confessario debet absolui: secus er-
ror peccatumque committeretur.

Quintò, si pœnitens in mortis ver-
saretur periculo: non tantùm à pro-
prio, verùm etiam si non adsit ille,
à quouis alio Sacerdote potest au-
diri & absolui ab omnibus peccatis
seu Censuris, etiam soli Apostolicæ
Sedi reseruatis. Verùm caueat ne
fallatur, & quemlibet morbum gra-
uem, pro mortis habeat periculo.
Nam mortis periculum censembitur,
quando Medici iudicauerint, hanc
ægritudinem valde periculosam esse
& lethalem. Et in hoc casu sic pro-
ceditur, quando ipsius ordinarius
legimusque Confessarius, aut aliis
ab ordinario approbatus, haberi
non potest.

Præterea notandum est, si pœnitentem in eiusmodi periculis, ab aliqua excommunicatione Superiori reseruata Confessarius absolverit, requiri, ut si fortassis eiusmodi periculum euaserit, statim post recuperatam sanitatem se, id quod facere tenetur, Superiori suo præsentet, qui absolutionem in hoc periculo sibi datam, ratam habeat & confirmet.

Nam si hoc prima oportunitate eblata non fecerit, in priorem obligationem recidet. Quod ipsum intelligo, si à peccato absolutus esset excommunicationi annexo. Si verò peccatum sit ab excommunicatione liberum, & nihilominus reseruatum, pœnitens liber & absolutus manet, citra omnem se Superiori sistendi obligationem. Hæc omnia sic prescripta sunt ac definita à multis Sacris Canonibus ac testimoniis, quibus huc adducendis, ut breuitati consulam, supersedeo. Et satis est, ut rudiiores Confessarij his instructi sint, & opportune vantur.

Hæc præcepta in absoluendo requiruntur. Iam quod ad absolutionem denegandam attinet, confessa-

DE INSTR. CONFESS. CAP. XII. 57
rius attendat sedulò, vt, quando pœnitentem non sufficienter ad eam suscipiendam esse dispositum deprehenderit, ob defectum superius ditorum; hoc est, si non satis doluerit, aut non sincerè confessus, aut denique, quod in hoc casu requiritur, acceptare nolens, aut exequi pœnitentiam, eum minimè absoluat. Et istud à confessarió tanta constantia feruetur, vt neque pœnitentis instantia, neque precibus, neque donis, neque metu aliquo, flecti se & adduci patiatur, vt contra conscientiam suam absoluat, quem indignum iudicarit. Hac enim ratione, neque pœnitens absolueretur, & Confessarius ipse peccati vinculo constringetur.

CAPVT XII.

Institutiones quedam & considerationes, Confessario necessariæ, absolutionem Pœnitenti suspendere vel prorogare volenti.

ET si necessarium sit, vt in absolutione danda, vel deneganda Confessarius admodum consideratè & prudenter agat; minor tamen quæ-

dam discretio prudentiaque in ea suspendenda, quam deneganda requiritur.

Qui enim denegat aliquid absolute, spem omnem rescecat eius in posterum concedendi. Qui vero id protrahit ac differt, innuit, quamvis iam non concedat, illud postea se fortassis concessurum. Atque hoc modo casus ob quos Absolutio suspendenda est diversi sunt ab eis, ob quos Absolutio est recusanda. Quapropter cum de uno in praecedenti capite sit actum, restat ut hic de altero pertractemus.

Hoc igitur iacto fundamento opus est, ut quemadmodum Confessarius ad utilitatem Poenitentium Absolutionem confert, ubi idoneos ipsos compererit; ita quoque in eorum fructum eandem suspendat ac differat, cum sic expedire iudicauerit. Porro Casus, ob quos Absolutio est differenda sunt huius sequentes.

Primus est, quando sapientius Poenitens relabitur. Nam cum antea in multis confessionibus mortale peccatum aperuerit, ac in idem postea facile inciderit, tunc ipsius inconstantiam confessarius arguet, dabit-

que remedia, quibus adiutus eiusmodi peccato resistat, ac iubebit, ut his remediis ad dies aliquot utatur, ut pote quibus se confidat à peccato illo liberandum: quod ubi fecerit, ad se postea reuertatur, ut absolutionis compos fiat. Neque pugnat hoc cum Christi verbis ad Petrum. *Non dico tibi, usque septies: sed usque septuagies septies.* Voluit enim Christus h[ic] verbis innuere id quod fieri possit, non autem interdicere quod aliquando fieri deceat. Manifestū est peccatori bene disposito absolutionē concedi posse, quamuis milies, immō etiam infinites peccauerit. Nihilominus tamen etiam verum est præstare quandoque peccatori, ut in remedium & cautionem absolutio, qua diximus ratione, differatur. Istud enim non est propriè nolle condonare, aut absolutionem prorsus denegare; verū morari duntaxat & protrahere, ut maiore postea cum fructu & lucro suo conferatur. Quod ipsum cum D. Pauli sententia congruit, *Omnia mihi licent, sed non omnia expedient.*

Alter absolutionis prorogandæ casus est, cùm peccator statum pec-

cati, aut occasione m, qua solitus est alias in idem crimen impingere, nondum planè deseruit. Verbi gratia, fuerit quis longo tempore Concubinarius, etiamsi pœnitudine datus ille peccatum confiteatur, dum tamen in hoc misero statu perseuerat, neque propositum habet à peccato deinceps abstinenti; Concubinam, cum qua se polluerit, domi aut alibi, vnde, quando libitum fuerit, eam accersat, alens , talis absoluendus non erit ; sed ab absolutio-
ne suspendendus tantisper, donec à se Concubinam relegarit, aut ab ea tam procul migrauerit, ut omnis occasio ad fordes illas pristinas redundi, sit amputata. Similis omnino ratio est in publico fœneratore, cuius absolutio quoque differenda est, usque dum constituerit eum huic officio renunciasse. Quin etiam hoc pertinet, qui cum alio rixatur odiumque exercet; cui absolutio denegabitur , donec aduersario suo fuerit reconciliatus, idemque in similibus casibus est tenendum.

Tertius casus est , quando pœni-
tens aliqua excōmunicatione aliisve
reservatis casibus constrictus fuerit,

DE INSTR. CONF. CAP. XII. 61
à quibus eum absoluendi potestatem non habet: vbi tunc etiam absolutionis dilatio requiritur eò usque, donec eius conferendæ autoritas impetrata sit: excepto mortis periculo, vbi procedendum, sicut in præcedenti capite tradidimus.

Quartus est, si Confessarius de pœnitentis dispositione dubitauerit, scilicet an contritionem habeat sufficientem; vel firmum non amplius delinquendi propositum. In tali casu debebit Confessarius illi præcipere, ut aliquantis per orationi se dedat, cum pollicitatione se quoque pro illo oraturum; vtque hoc peracto ad se reuertatur. Quod si Confessarius tunc in pœnitentis dispositione cum placitum fuerit, absoluat eum: finaliter, nequaquam; sed ut dictum est, vtetur suspenzione.

Quintus casus, si in pœnitente casus aliquis, aut plures essent, de quibus confessarius aliquid certi statuere non posset; Tunc indicabit ei, sibi opus esse deliberatione, & consilio, vt siue libros, siue doctum aliquem virum consulat. Quod si virum doctum consulere volet, expedit pœnitentis assensum expetere, ve-

casus eiusmodi, citra personæ denominationem, cum altero communiceat. Atque donec hac aut alia via ratum aliquid constiterit, Absolutio prorogabitur; nam si secus fecerit, magnum tam sibi, quam pœnitenti periculum creabit.

His addo, quoties Confessario propter iustam, & grauem aliquam causam, placet, ac etiam pœnitenti fructuosum videtur, Absolutionem protrahere, tunc prestatilius esse, ut eam suspendat. Quod cum illis potissimum ferri consuevit, qui nihilominus Christiane ac pie viuere cupiunt; quamuis etiam leui de causa prauarcentur, & in antiqua peccata recidant. His interim expedit Absolutionem differri, ut hoc ipsis incitamentum sit quoddam, repidam & ignauam viuendi rationem deferendi. Nam experientia constat, multos negligentes Religiosos, aliusque conditionis homines, probæ alloquin & piæ conscientiæ, sed paullatim frigidos & socordes effectos, his rationibus adiutos fuisse.

Notandum vero non ex abrupto, & re inconsiderata fieri debere Absolutionis protractionem; sed post

DE INTR. CONF. CAP. XII. 63
quam admoniti aliquoties, & addi-
tæ comminationes fuerint, nisi ad
meliorem frugem se conuertant, ze-
loque feruentiore in diuino cultu
progrediantur, absolutionem sibi
denegatum iri. Hæc admonitio, &
minæ quandoque magnam ad eius-
modi negotium suppeditant utilita-
tem. Si tamen efficacij nihil habue-
rint, erit executioni insistendum.

Postremò quod ad hanc attinēt
materiam, Confessarius est admo-
nendus, quando in iam dictis casi-
bus Absolutionem suspendere vo-
let, ut pœnitentem contentum &
placatum à se dimittere studiat, fa-
ciatque docilem ac intelligentem,
omnia ista fieri ea intentione, ut
ad animæ eius fructum redundant:
& quod utriusque deceant conscienc-
tiam. Quod si Confessarius eo pla-
cando & persuadendo mouens om-
nem lapidem nihil proficiat, verū
ille ab Absolutione impetranda non
desistat; perget tamen, & perstabit,
neque dimoueri se patietur, in eis
præsertim casibus, quos enumera-
uimus, & in quibus est necessaria
vel planè non absoluere, vel abso-
lutionem suspendere. Continebit

Ioan.
33.

igitur ab iracundia , sese, placide-
que cum discretione dicet pœnitent-
ti, quod Seruator noster Petro di-
xit : Quod ego facio, tu nescis modum;
scies autem postea. Et sic in spem ad-
duci poterit , etiamsi pœnitens in-
uitus & ægrè abscesserit, eum ta-
men postea erga se placabilem &
gratum fore , cùm utilitatem, fru-
ctumque inde perceptum expende-
rit , quemadmodum reuera multis
usu venit.

CAPVT XIII.

Quomodo sacra Communio quandoque
suspendenda sit, cum quibusdam in-
structionibus, quas Confessarius in
eiusmodi casibus obseruabit.

CUm viderimus , quando , qui-
busque modis absolutionem
differre conueniat, reliquum est, ut
idem circa sacram Communionem
consideremus. Et quamvis forte su-
peruacaneum videatur de hoc tra-
ctare , cùm semper absolutione de-
negata, aut suspensa, manifestum sit
etiam communionem suspendi, hoc
est, neminem mortalis peccati con-
scium, nec antea confessum, absolu-
tumque ad sacram synaxim admitti

DE INSTR. CONFESS. CAP. XIII. 6;

debere, iuxta sacri Concilij Tridentini, decreatum, tamen quia potest
enunire, & meritò, ut quis etiā confessus, & absolutus à sacra Communione abstinere debeat; confessarius etiam de hoc instruendus est, ne quā in parte functionis suę desit.

Seſſi. 13

Cap. 7.

&

Can. II.

Primus itaque casus, in quo confessarius etiā postabsolutionem datā, Communionem quoque suspendet, est, nemp̄ si quis hactenus in peccatis publicis vixisset, iamque diuino impulsu tanta contritione, ac penitūdine, tamque firmo sui emendi proposito ad confessionem accederet, ut nihil planè confessarius de ipsis conuersione dubitaret, teneatur quidem eum absoluere; sed iniungere tamen dies aliquot deberet, ut à sacro synaxi temperaret, donec illius conuersio pariter aliis, quibus vita sua fuerat scandalō, innotesceret. Alioquin enim foret scandalō aliis, qui conspicerent illum communicantem, de cuius vocacione, conuersionāque nihil cognosserent. Vbi verò ex illius pénitētia, & morum emendatione, de perceppta diuinitū gratia percrebuisse; iam publicè ad communionem posset admi-

ti, ut sic exemplo suo adificaret, quos
antea delinquendo, scandalizarat.

Alter est, longo tempore, graui-
bus peccatis, maximèque carnalibus
quantumuis occultis, immerso, mo-
do cum legitima, necessariaque con-
tritione confiteatur, absolutio con-
ferri potest: Consultius tamen etiam
est diebus aliquot eum à commu-
nione suspendi, quibus accuratius
præparet se, precibus, ieuniis,
eleemosynis, aliisque piis operibus
vacando. Hæc Sylvestri est, aliorum-
que Doctorum opinio.

Verbo Quin imò
Eucha- tradunt aliqui, si fortè carnalis co-
ri. 3. pula, pollutioque, quæ mortalis
D.Tho. esset antecessisset, neque Sacerdo-
apud tem debere intra viginti quatuor
eundē, horas celebrare, neque laicum com-
&c. municare: ut hac ratione qui in ve-

Vide nerabili Sacramento, purissimam
Siluest. virgineamque Christi Domini car-
vbi sup. nem iumpturus est tempus habeat,

 labem hanc quam eiusmodi peccato
 anima, magis verò corpus contrahit,
 expandi. Et hoc plurimorum sacro-
 rum Canonum testimoniiis compro-
 batur.

Verùm si cognoscere quis cupiar,
 an idem obseruandum sit, si pridie

DE INSTR. CONFESS CAP. XIII.

coniugalis copula, vel pollutio in
culpabilis contigisset; ut quæ no-
ctu plurumque sit, cui nullam de-
disset occasionem; huic respondeo,
quod terminus ille non sit adeo ne-
cessarius; & tali in casu confessarius
pœnitentis necessitati ac deuotioni
se accomodare potest. Attamen si
nocte præcedente copula licita acci-
derit, maiori quædam cura adhi-
benda est. Nam si in veteri Testa-
mento requirebatur ad panum Pro-
positionis comedionem, qui umbra
erant & figura Venerabilis hujus
Sacramenti, vt populus diebus ali-
quot à coniugalibus operibus absti-
neret: quanto instius fuerit illud
obseruare ante panis, qui Angelorum
est, sumptionem, quique de
cœlo descendit? Quamobrem Con-
fessarius eiusmodi Coniugibus, ne
ad Communionem temerè admittan-
tur, se rigidiorem præbebit, quam
aliis, qui forte citra omnem suam cul-
pam noctu maculam aliquam sunt
perpeſſi. Nam his multo facilius in-
dulgendum est, vt necessitatis, aut
deuotionis impulsu ad communica-
dum stimulo, admittantur.

Tertius casus notus est, quod licet

I. Reg.

21.

Sylues. Absolutio data sit, Communio tamen
vbi su. negetur ei videlicet, qui eodem die
 quid cibi potusve sumpsisset. Sanxit
 enim Ecclesia Catholica, ut sumptu-
 rus Venerandum hoc Sacramentum,
 non nisi ieiunus accedat. Verum qui
 ægrotat, ac Sacramentum hoc pro-
 viatico percipit, nihil impedit si ex
 necessitate cibi aliquid ad refocillan-
 dum se, confortandumque sumpsisset,
 ne sine tam necessaria prouisione, ex
 ac vita emigret.

Quartus est, si quis tussi aut sto-
 machi cruditate molestatur, vt con-
 tinere nihil possit, sed sumpta con-
 festim cogatur euomere. Tunc est
 interponenda mora donec eiusmodi
 incommodum se remiserit, aut iam
 cesset, idque ob reuerentiam huic
 Sacramento adhibendam. Id quod
 etiam obseruandum est vel in mortis
 articulo. Hoc enim casu æger, qui
 mala eiusmodi tenetur affectione,
 metuque periculi iam dicti, Sacra-
 mento frui non potest: sufficit vt hoc
 adoret & spiritualiter sumat. Quod
 ipsi vera fide, ac deuotione prædicto
 in itinere, viatici loco deseruiet, si sit
 è vita discessurus.

Postremo quando Confessarius exi-

stimat utilem fore pœnitenti Communionis dilationem , vt ad eam percipiendam , se magis idoneum reddat , *Homil.*
 aut in eo maior zelus , desideriumque ^{25.} *in*
communicandi accendantur . Nam (vt *Euseb.*
Beatus Gregorius testatur) desideria dilata crescunt , & augentur . Ob has ,
 aliásque causas utile est , et si non necessarium , Communionem quandoque suspendere .

CAPVT XIV.

Quid agendum Confessario , si pœnitens aliqua Censura , aut voto sit obstrictus.

Intra alia Confessario ante absolutionem consideranda , & hoc est , sit ne pœnitens aliquo impedimento , vinculóque obstrictus , cuius soluendi potestatem non habeat . De quo restat , vt documenta quædam tradamus .

Confessarius igitur attendat primum , Anne pœnitens votum aliquod fecerit , necdum persolutum , & inquirat de huius voti conditione , quantum temporis intercesserit ex quo voulit , & exsequendum sibi illud proposuit ; adhæc mallētne eo liberari , aut mutari illud . Item confideret , Anne pœnitenti utilius sit illud

adimplere, aut commutari, ut ita post sufficientem informationem quid hoc casu agendum sit, intelligat. Itaque si cognoverit pœnitentem cupidū esse voti persoluendi, illique hoc fructuosum esse: quodque illius exsoluendi causa nihil hactenus neglexerit, cum breue tempus interfluxerit, aut aliarum difficultatum interuentu impeditus fuerit, tum Confessario nihil incumbet aliud, quam ut votum hoc piāmque intentionem collaudet, ac hortetur ut prima opportunitate illius exsequutionem aggrediatur: interim ille ab absoluendo ne desistat. Si verò pœnitens tardior fuisse, neque opportunitates ad exsolutionem voti oblatas, arripuisse deprehensus fuerit, & tamen in eo adimplendo propositū constans habere declarauerit; ipsum de negligentia obiurgabit, certumque, ac definitum tempus eius persoluendi præscribet. Quod si recusauerit acceptare, neutquam absoluendus erit; quippe qui voti satisfactionem de tempore in tempus, ut plerumque fit, reiicere videatur.

Si verò pœnitens eo solui postulauerit, & hoc utile Confessarius esse iudicauerit, notandum est, quod

DE INSTR. CONF. CAP. XIV. 71
pœnitentem voti reum, sic voti debito
liberare, ut nulla re sit omnino dein-
ceps obligatus (quemadmodum in
dispensatione , irritatione ut vulgo
dicitur , fieri consuevit) non sit in
priuati alicuius Presbyteri & Con-
fessarij potestate. Nam in votis dis-
pensare Pontifici propriè, & Episco-
pis hac autoritate præditis , com-
petit. Hæc irrita facere , tolleréque
peculiare patrum est erga liberos ,
qui etiamnum in eorum potestate
sunt , ac disciplina. Sic maritis erga
suas vxores idem conceditur. Sacer-
dotibus verò tātū permittitur vota
permutare , in res alias vel vtiliores ,
vel æquè saltem vtiles ac commodas.

Considerabit igitur Sacerdos , an
habeat illam facultatem , nec ne. Si
non ; ne se voti negotiis implicit :
verùm pœnitenti significet , aliam vt
adeat , penes quem sit illa facultas.
Quòd si talem facultatem habeat ,
ipsem votum mutet , vt diximus , in
aliud quippiam , tum cultui , laudi ,
& gloriæ Dei , tum ad pœnitentis
vtilitatem promouendam , perinde ,
vel etiam magis idoneum; verbi cau-
sa , si votum sit , aliqua religiosa &
longinqua peregrinatio (cuiusmodi

certos quosdam homines , ac præcipue muliebrem sexum non magnopere decet) hanc mutare poterit ea conditione , vt sumptus ad iter illud requisitos eleemosynis applicet. In iusagget iusuper illi alios Deum precandi modos , vtque confiteatur , aliquæ opera pietatis exerceat , quando ita Confessario videbitur consultum. Et hanc tenebit in similibus aliis votis rationem , ea semper intentione , vt pœnitens eiusmodi voti permutationibus contentus aquiescat.

Quod ad Cenuras attinet , si pœnitentem aliqua maiore excommunicatione compererit à iure vel ab homine obstrictum , quia eum soluere non potest , admonitū est antea , hunc absoluendū non esse , donec eā facultē impetraverit , exceptomortis periculo , Quæ instructiones in aliis item Censuris obseruandæ sunt , quæ frequenter accidunt , vt est Suspenſio , interdictum , & Irregularitas , quæ per aliquod peccatum incurritur : atque ab his non est Sacerdotis absoluere , nisi legitima sit potestate munitus . Tamē haud obstante quod pœnitens in eiusmodi Cenuras inciderit ,

DE INSTR. CONFESS. CAP. XIV. 73
derit, eum potest à peccato absoluere
(præsertim animo bene dispositum)
et si iam dictis Censuris manet ob-
strictus. Nam in eiusmodi citra mor-
tale peccatum quoque incidere quis
potest.

Quin etiam Sacerdos h̄ic admo-
nendus est , quòd Irregularitas , ea
præcipue in quam sine peccato , aut
culpa quis incidere potest / sicut vñ
venit in ea , quæ nasci consueuit , ex
defectu leuitatis , aut ex bigamia , &
aliis similibus causis) non propr ē
Censura sit Ecclesiastica , sed indigni-
tas quædam potius , & ineptitudo ad
sacros Ordines , & spiritualia bene-
ficia suscipiendum. Quare eiusmodi
Irregularitas non absolutione eget ,
sed dispensatione , & vt quis habillis
efficiatur. Quocirca si eiusmodi fa-
cultatem habuerit Sacerdos , vt tol-
lere possit illa , non dicet (Absoluo)
sicut in aliis Censuris vñstatum est :
verūm hæc vñsurpabit verba , dispen-
so tecum super irregularitate , quām
incurristi , vel contraxisti , propter
hanc vel illam causam.

At in hac materia longius non
euagabor , vt pote difficulti. Et quò
copiosius de ea tractaretur , eò plus

opinor tēdij ac perplexitatis simplificibus Confessariis oboriretur ; in quorum gratiam, & leuamen editus est hic libellus. Ergo qui iam de Censuris dictorum capax non est, non se Confessionibus exponat eorum, quos nexibus eiusmodi norit constrictos, aut certē prudentiores, & in hac materia magis versatos consulat, à quibus erudiatur, quo pacto in hisce procedendum sit.

C A P V T X V.

*Regulæ quedam usui futuræ Confessario,
quando pœnitens fuerit ad alienæ rei,
vel bonoris, & famæ restitutio-
nem obligatus.*

VNa de maximis difficultatibus, quæ in Confessionibus occurre plerumque solent, est materia de Restitutione, tam ad varios casus intelligendos, in quibus pœnitens ad restitutionem tenetur, quam ad media, rationesque præscribendum, quibus hæc fieri commode possit. Et quia necessarium est de illis Confessariis crudire, visum est mihi operæ pretium, si de hoc argumento Canones seu regulas quasdam traducerem. Verum non illo fine ut hic pertractare velim, ac differere de multis, &

variis contractibus, qui restitutionis obligatione comitatur, aut iudicare, ubi locorum, aut à quo restitutio habec fieri debeat: Nam istud longum nimis esset. Præterea de ipsis omnibus vber-
tim Casuistæ, & Summiste tradide-
runt. Sed mihi prorpositum dumtaxat
fuit rudioribus Confessariis documé-
ta quædam præscribere, qualia in
libris aliis non facile reperiuntur.

Huius ergo materiæ prima potest
esse regula hæc: Quando casus, aut
contractus, quem pœnitens indicat,
adeo difficilis, ac intricatus fuerit,
vt Confessarius de eo statuere ne-
queat, an pœnitens sit restitutioni
obnoxius: ex duobus alterum fiet,
aut enim absolutio differenda est;
priùs admonito pœnitente, velle se
hanc difficultatem secum diligentius
expendere, illique determinatū ad se
redeūdit epus assignare, vt interim vel
suo pro studio vt doctoribus in consiliū
adhibitis, obiectæ difficultatis solu-
tionē indaget. Aut nisi pœnitens huic
volet acquiescere (si fide dignus ho-
mo sit) persuadebitur ei, vt ipse in
tam dubio casu eruditum aliquem,
piùmque virum consulat; & quod ab
illo iubetur, diligenter exequatur.

Id si pœnitens receperit , absolutio-
nis fieri poterit compos ; si tamen ,
vt dictum est , fidelis & religiosæ
conscientiæ vir extiterit.

Alterum documentum sit . Vbi ca-
sus apertus & clarus se offert , & cui-
danter constat pœnitentem esse resti-
tutioni obnoxium , tunc eum Con-
fessarius ad restitutionem , quām pri-
mūm restituendi facultas aderit ,
obligabit : ea conditione , vt statim ,
simul atque domum redierit , ad
restituendi curam totum se conuer-
tat . Quod si persuasum fuerit iam
Confessario de pœnitentis persona ,
eam scilicet fide dignam esse , vbi hoc
primūm iam acciderit in Confessio-
ne , potest verbis illius fidem adhibe-
re , eūmque absoluere .

Tertium statuatur documentum .
Quod si pœnitens in hoc casu iam
aliquoties restitutionem pollicitus ,
non tamen , cùm posset , restituerit ;
non priùs absolutione gaudebit , quā ,
si modò facultas adsit , restituerit ;
non obstante , qnòd se postea satis-
facturum promittat . Quin occinetur
illi , quòd sicut aliàs se facturum re-
ceperat , nec tamen steterat promis-
sis , absolutionem consecutus ; eo-
dem modo neque iam pollicita sit

DE INSTR. CONFESS. CAP. XV. 77
completurus; ideoque decere, ut
ante absolutionis perceptionem,
restitutionem adimpleat, cum præ-
fertim facultatibus hoc faciendi
probè sit instructus. Atque in eo
Confessarius meminerit constantiæ,
nec à proposito se dimoneri finat.

Quartum sit. Quando pœnitens ne-
que modum, neque facultatem ha-
bet mox restituendi, sed tamen spe-
rat eam breui se consequeturum,
tunc si Confessarius ipsi fidendum
putauerit, & ille hac primùm vice
fuerit pollicitus, eum poterit abso-
luere; si verò postea nactus oportu-
nitatem, non restituerit, secundò
non absoluet eum, nisi certò persua-
sus, quòd fideliter & sine intermis-
sione sit satisfacturus.

Quintum documentum. Si pœni-
tens in egestate constitutus adeo sit,
vt illi nullis omnino modis restitu-
re vel debitum soluere liceat, poter-
it eum Confessarius hac conditione
absoluere, si restitutionem pollicea-
tur in posterum; neque hoc tempore
maiores impensas faciat, quam ad
necessarium sui sustentationem &
statum requisitas; adhibeatque dili-
gentiam, vt aliquid cum parsimonia

recondat ac seruet, quò datam fidem liberare possit. Idem proorsus intelligendum est, si absque graui iactura, ac detrimento suæ vitæ restitutionem facere nequeat; Præsertim verò si creditor non tantopere indigeret, solutio differri potest, donec de pericu'o, damnóque securus sit, hac tamē lege, ut superiùs dictæ conditiones & circunstantiæ seruentur.

Postremò Confessarius obseruet etiam, si pœnitens ad restitutionem obligatus, tempus & dilationem, aut etiam debiti remissionem à Creditorre consecutus fuerit, vt cum nullis oneribus impositis absoluat. Et hoc consilium dabitur, satisfactionem adimplere nōn valentibus nempe ut cogitét, quo pacto quod reddere non possunt, ipsis totum condonetur, aut solutionis terminus & spatiū prorogetur, donec se satisfacturos speernt. Et hæc, quod ad pecuniæ, honorūque restitutionem attinet, sufficient.

Ad honoris, ac famæ restitucionem quod attinet, maior hic obligatio est, magisque necessaria Restitutio, quia melius est nomen bonum (sicuti Sapiens testatur) quam diuitiae multæ: quamquam ex negligentia mera, à multis Confessariis exigua habetur eius ra-

DE INSTR. CONFESS. CAP. XV. 79
tio. Quisquis igitur munus suum de-
bitè volet exequi , hanc sibi partem
præcipuè commendatam , necessa-
riamque esse , persuasum habeat; ne-
que minùs adhibeat severitatis in
imperanda vrgendáque honoris ,
quam bonorum restitutione. Sed in
hoc negotio præcepta sequentia pos-
sunt utiliter usurpari.

Primum , si pœnitens innocentem
falsò infamárit , sic vt aliquod pec-
catum , aut aliud factum , quod non
admiserit , de illo publicárit , quo-
nominis , & existimationis suæ apud
alios facturam fecisset ; iniunget ei
Confessarius , vt proximo suo hono-
rem ademptum reddat , euulgando ,
imò etiam (si necessitas requirat)
jurando se præter veritatem & ca-
lumniosè locutum esse : quod ita
confiteri coram omnibus illis tene-
tur , apud quos cum traduxerat . Ad-
huc illi præcipiet , vt onane damnum
compenset , quod proximo his ca-
lumniis attulerat . Quod ipsum face-
re si pœnitens detrectauerit , absolu-
tionem denegabit . Alterum ; quod si
iniuste malequè , vera tamen aliquè
ignominia notauerit , / cùm , quæ de
ipso sparsit , vera quidem fuerint , sed

adeo occulta, vt ea pat efacere non debuerit) tunc ei Confessarius imponet, vt palinodiam canat ; non quidem fatendo se fuisse mentitum, sed vt in aliis rebus ipsum prædicet, operamque det, vt apud quos ei detraxerat, in bona deinceps babeatur existimatione. Præterea si damnum aliquod bonorum, aliarumve rerum perperclus ex eo fuerit, calumniator ad recompensationem tenebitur. Quando autem & quomodo sit hæc restitutio facienda, Confessarius notabit ex iis, quæ superiùs de Restitutione bonorum tradita sunt.

Tertium: Obligationem restituendæ famæ tunc cessare, quando aliter ea fieri non posset, nisi summo vitæ suæ discrimine : aut si maius hinc infamato damnum nasceretur (veluti si redint egraretur iam semel sopita infamia) & si passius ignominiam, traductori, quod aduersum se promulgarit, condonare velit : aut denique si calumniis fides habita non sit. Verùm in casibus eiusmodi, Confessarius obseruet, præstare pœnitentem facere plura quam teneatur. Et ad hoc cum instruet ; sempérque tutiorem in hoc genere partem sequetur.

CAPVT XVI.

Alia instructio Confessario utilis necessariaque, cum Simoniae aut spiritualis usuræ casus occurrerit.

QVanquam Simoniae casus & usu-ræ spiritualis rariores sunt, minusque difficiles Casus iis, qui resti-tutionem secum important: quia ta-men alioquin reperiuntur, pro qui-bus præcipue tractatus hic scriptus est, hoc vitio contaminati, est que difficile hos casus discernere, ut re-medium ipsis adhiberi queat; non prætermittam simplicioribus Con-fessariis etiā hacin parte subuenire.

Statuendum igitur primò, Simo-niam meram esse voluntatem, ac pro-positum, spirituale aliquid vel spi-rituali annexum emendi aut jvenden-di. Exempli causa, mercari, aut venales offerre dotes animi, gratias, & virtutes à Spiritu sancto collatas: aut sacro sancta Ecclesiæ sacramenta, conciones, preces & id genus alia. Nam hæc omnia spiritualia sunt. Et ea quisquis emere aut vendere ten-taret, Simoniae peccatum incurriteret,

Alia reperiuntur itidem, quæ li-
cket non snt absolutè spiritualia, ta-

meni ad ea referuntur. Cuiusmodi sunt beneficia, siue spirituales (ut vocantur) Præbende, Calices aliaque consecrata vasa, vestes & ornamenta, similiaque, quæ pecunia vel precio neque dari, neque comparari queunt; propterea quod spiritualia sunt, hoc est, consecrata, Deoque dedicata. Sed estimari tantum personique precium potest, quod ad ipsorum materiam artificiumque spectat. Si aliter fuerit, haud dubie Simoniae peccatum incurretur. Et quoniam ex omnibus iam commemoratis Simoniae speciebus nulla frequentior est, & ab Ecclesia magis damnata, quam quæ in conferendis, pereipiendisque sacris Ordinibus, & beneficiis Ecclesiasticis solet irreperere, peculiarius de hac agemus, quid Confessario præstandum sit, si pœnitentem hoc oneratum crimine deprehendet.

Vbi primùm notetur, eiusmodi Symoniā quandoque métalem esse, quæ in animo tantum consistat. Ut si quis intentionem aut voluntatem liberatam haberet pecunia aut eo quod pecuniæ æqui polleret, beneficium aut ordinis Ecclesiasticos dare

DE INSTR. CONFESS. CAP. XVI. 83
aut vendere, etiam si palam aut se-
creto de hoc verba non faceret.

Alia quædam Simonis species
Conventionalis dicitur, & est con-
tractus quidam spiritualis & prætex-
tus; cum duo apertè, vel etiam
clam atque occultè inter se paci-
scuntur, ut alter preium aliquod
temporale, alter contrà Beneficium,
aut aliud quid Ecclesiasticum con-
ferre velit, etiamsi tale pactum re
ipsa finem suum non consequeretur.

Tertiam speciem Realem vocant,
quando præter iam dictas conditio-
nes, executio quoque fit vtrinque,
& promissa perficiuntur; scilicet ut
alter pecuniam preiumve, alter
beneficium, aut aliam rem sacram
tradat.

Item sciendum, quod precij tem-
poralis appellatione primò compre-
henditur pecunia, & omne quod pe-
cunia comparari, & emi potest,
quod à Summistis (munus à manu)
dicitur. Secundò, seruitium corpo-
rale, quod illi (munus ab obsequio)
vocant; exempli gratia, si alter al-
teri obsequium præstet, eo potissi-
mum fine, ut Beneficium, Ordine
aliudx spirituale quid, pro eo coll.

sequatur. Hac enim ratione Simoniām admitteret: quemadmodum & is, qui in eiusmodi seruitij compensationem similia tribueret, Tertio, precij temporalis nomine sumuntur preces, laudationes, assentationes & similia: quod (munus à lingua) dici consuevit, ut si indignus quispiam precibus importunis, suo vel amici nominē Beneficium, Ordinem, aut tale aliquid Ecclesiasticum impetraret. Hic enim Simoniæ quoque peccato esset obnoxius, ut & is qui obeiusmodi seruitia seu obsequia tale quid conferret, nulla indignitatis habita ratione. Prorsus idem de laudibus, & adulazione est existimandum: Si quis hac intentione quempiam laudaret, aut ipsi palpum obtruderet, alter verò ipsū non spectata illius indignitate ad Ecclesiastica promoueret beneficia: Quamquam genus hoc precij rarum est. Quamobrem Confessarium decet, ut ad reliqua duo genera, ac pr. sertim ad illud primum bene sit attentus.

His ita positis, Confessario sit hæc prima instructio. Si intelligat pœnitentem in tertiam Simoniæ speciem accidisse, sic ut pecunia, alioquæ pre-

cio temporali dato Beneficium accep-
perit, non eum absoluet, sed admo-
nebit excommunicationem eum
Papalem incurrisse. Etsi post acce-
ptum hoc modo beneficium fortè cē-
lebrauerit, factum esse irregularēm.
Neque suum hoc esse beneficium,
adeoque nec illud retinere posse;
praterea ut aliud consequatur inha-
bilem esse redditum. Denique obli-
gatum esse redditus omnes ex eo
beneficio perceptos eidem Ecclesiæ,
vnde eos habet, restituere; Necnon
esse necessarium, vt si Absolutionis
particeps esse velit, eam à Pontifice
requirat. Verū quoniam Episcopi
quidam his priuilegiis à Pontifice
donati sunt, vt in hoc casu absoluant,
disponant, & de integro Beneficia
suæ Dioeceseos conferant; admone-
bitur à Confessarius pœnitens, vt an-
te omnia Prælatum suum consulat,
an ille modum sibi aliquem ostende-
re, auxiliūnve præstaræ possit aut
velit. Secus, oportere vt Romam se
conferat. Interca tamen suadeat ip̄si,
vt super isto crimine pœnitentiam
agat; neque statis temporibus vnu-
quam preces horarias intermittat,
aliaque opera bona faciat. Admo-

neat verò ne interea celebret, aliave sacramenta administret, donec vel absolutus sit, vel secum dispensatum, nisi extrema necessitas requirat.

Altera, si pœnitens temporale præcium pro Beneficio, aliisve i cibus Ecclesiasticis, acceperit, eum docebit, quod similiter in prædictam excommunicationem & alias Simoniacorum pœnas incurrerit, & vt absoluatur non in sua, sed Pontificis esse potestate, aut alterius, cui ille facultatem hanc dedisset. Addat etiam obligatum esse, vt restituat præcium acceptū Ecclesię illi, propter quam Simonia commissa est: aut illi, quem Pontifex ordinabit, si criminis huius reus denunciatus sit. Si enim nondum patefactum sit peccatum Simonie, docent aliqui cum posse restitutionem facere illi, à quo accepit. At expedit vt Ecclesiæ restituat.

Tertia, si pœnitens huius Simonie proxeneta & interuentor extiterit, ad eamque consilium, operamque suam contulerit, in excommunicationem hanc, aliasque pœnas similiter incidit. Quare non erit absoluendus, sed cum hac responsione dimittendus, de qua in prima dictu

DE INSTR. CONFESS. CAP. XVI. 87
fuit instructione. Et si de natura huic
Simoniæ opera mercedem recepe-
rit, hortabitur eum ad restitutio-
nem.

Quarta, etiamsi realis Simonia si-
ne expressa conuentio fuerit, ni-
hilominus tamen, si contractus eius-
modi præcedens, hoc est, si signo
aliquo verbōve intentio posset cli-
ci, quam ille qui temporale dedit,
& alter qui spirituale accepit, ha-
buerint, iam vterque excommuni-
cationi & pœnis est obnoxius. Ideo-
que confessarius erga utrumque sic
se geret, ac si pacti conditiones in-
ter eos palam & expresse interuenis-
sent. Sin autē neque signo aliquo, ne-
que voce malam suam voluntatem
declarauerint, aut suspectam reddi-
derint, et si grauiter sit ab eis pecca-
tum, ab excommunicatione tamēn
& pœnis exempti sunt. Neque hic
ad premium temporale quod accep-
erit, nec ille ad beneficium, aut aliud
quid Ecclesiasticum, quod possederit
restituendum obligatur. Et hoc casu
potest eos confessarius, modò suffi-
cienter de peccato contriti fuerint,
digna & salutari ipsis iniuncta pœni-
tentia, absoluere.

Quinta. Quando pœnitentes Conventionalem tantum Simoniam admiserint, hoc est quando pactionem tantum precij temporalis, aut spiritualium donorum inierint, nec ipso facto fuerint executi, Simoniacorum pœnis non redduntur obnoxij, quamquam peccatum designatum graue fit, Ideoque possunt à confessario congrua iniuncta pœnitentia absolu: Eodem modo & hoc intelligendum est, quando vnuus temporale precium dedislet, alter verò spirituale dare recusaret. Sed in hoc casu confessarius illi, qui precium accepit, vt illud restituat ei qui dederat, iniunget. Quod si contrarium cœnerit, vt alter iam Beneficium possideat, alter verò precium, de quo conuentum erat, nondum persoluerit: in hoc casu probabilius est, quod qui Beneficio fruitur, in excommunicationem inciderit: ctsi quidam doceant contrarium. Pari modo si mentali tantum Simonia deliquerint, & eorum neuter, ad effectum progressus fuerit, absolutionis participes erunt. Nam tametsi mortaliiter peccauerint, non tamen in excommunicationem, aut Simoniacorum pœnas inciderunt.

Sexta. Si pœnitens temporale
precium pro Ordinibus sacris per-
soluerit, dictam excommunicatio-
nem & pœnas incurrit. quare con-
fessarius illum absoluere nequit, sed
suspensum esse indicabit, adeo ut
nullum ordinationis actum exerce-
re possit, nec ad alios sacros Ordin-
es ascendere, donec sit absolutus,
ac cum ipso dispensatum.

Septima. quod si quis pœnitens
dictos Ordines tali precio contulif-
set, similiter in excommunicationem
incidit. quare confessarius sciat non
esse absoluendum: sed instruet eum,
quod non modo satagere debeat, ut
auxilium & liberationem à pœnis,
quibus est obnoxius, per media &
suffragia Apostolicae sedis impetret:
sed etiam pecunias preciumve tem-
porale perceptum Ecclesiæ cui or-
dinatus inseruire decreuerat, aut
pauperibus restituat.

Octaua & ultima. quando pœni-
tens in alias quasdam Simoniæ spe-
cies incidisset, de quibus supra, &
non in hanc nimium Ordines sa-
cros, aut Beneficia conferendi, aut
accipendi: confessarius eum iniun-
cta pœnitentia absoluet. Nam licet

graue delictum admiserit , excommunicationem tamen aliásque pœnas non incurrit, quæ tantum contra eos constituuntur , qui in Ordinibus & Beneficiis Simoniam exercent. In iunget igitur confessarius pœnitenti, ut precium pro Ecclesiasticis rebus à se venditis acceptum reddat Exempli gratia, si pro consecrato Calice, plus accepisset , quām si consecratus non fuisset , illud plus emptori obligatus est restituere. Eadem ratio est de sacris vestibus, ornamenti, & aliis id genus prorsus habenda , vt nempe , quod plus propter ipsam consecrationem acceperit id ipsum restituatur. Atque h̄c sufficiant pro simplicioribus Confessariis , vt eorum Confessiones audire possint, qui Simoni e peccatum commisissent : etiamsi alias difficultates, quas huic materiæ Doctores inserunt, non intelligent.

C A P V T XVII.

Quomodo agendum Confessario, si inter coniuges impedimentum cognoscat, quo matrimonium irritum redderetur.

CVm mihi propositum hoc tractatu sit, Confessariis documen-

DE INSTR. CONF. CAP. XVII. 91
ta quædam, & instructiones dare de
casibus iis, in quibus maiores ple-
rumque difficultates occurruunt, ideo
quemadmodum de difficilioribus,
magis intricatis agere suprà volui, sic
utile putaui etiam tractare de iis,
quæ Matrimonium attingunt, &
quandoque confessarius multum ne-
gotij faceſſunt, propter coniugum
inter se perplexitatem, quando præ-
fertim ea conditione ſunt, ut eos
oporteat vel separari, vel denuò
contrahere. Et quoniam prolixior
est hæc materia, de qua Doctores
admodum copioſè ſcribunt, agam de
illis tantum Casibus, qui frequen-
tius obuij ſunt. Quæ res lucem quā-
dam confessariis viāmque miniftra-
bit, ut in ſimilibus aliis, vbi diſſi-
cultas aliqua ſe obiiciet, melius ma-
iorēque dexteritare ſibi delegatum
minus exequi poſſint.

Itaque posito Matrimonij impe-
dimenta eſſe duplia, quorum quā-
dam obicem quidem obiiciunt, ne
Matrimonium contrahatur, contra-
etur verò neque ſoluunt neque irri-
tum faciunt; Alia verò ſunt, quibus
ſi neglectis Matrimonium ineatur,
nullum omnino fit, ut qui ſic con-

traxissent, separari debeant: si pœnitens primis impedimentis se implicabit, non adeo magna difficultas est sed sufficit ut debita contritione & pœnitudine confiteatur, & iniunctam à confessario satisfactionem perfoluat.

Cæterum cum valde sit periculum diu in hoc statu perseverare, confessarij est admonere pœnitentem, ut citra moram de impetranda dispensatione cogitat, aut saltem pro coniugali debito exigendo dispensationem petat, quam Ordinarius, aut Episcopus impetriri potest. Quam si pœnitentem petere pudeat, ut plerumque fit, maximè mulieres, consultam fuerit, ut eam confessarius impetraret, & ab Episcopo, sub nomine cuiusdam suorum pœnitentium, non tamen indicata persona; ut sic eos hoc discrimine, molestiaque liberet.

Sciendum etiam, quod post initium Matrimonium, si maritus cum aliqua suæ vxoris nepte, aut consanguinea, intra quartum gradum, se commaculasset, aut è contrario vxor cum sui mariti nepote rē habuisset: quod præter mortale peccatum commis-

sum, etiam in hoc impedimentum se coniiciunt; ut videlicet ille, & ista propter hoc peccatum coniugale debitum non possit exigere, et si reddere liceat. Quare admonebit, urgetque eos, ut facultas dispensatione impetretur. Et hoc sufficit, quod ad prima ista attinet impedimenta, quæ tantum ne coniugium perficiatur, impediunt.

Quod ad alia impedimenta attinet, quæ non modò impediunt, sed initum quoque Matrimonium disoluunt, irritumque faciunt; opus est confessario cura maiore, diligentiaque. Non enim satis est, ut pœnitens delictum suum confiteatur, quod in tali Matrimonio admiserit: sed necessariò alter ab altero separandus est, aut à Pontifice dispensatio impetranda, qui solus dispensare potest. Quid antequam fiat, absolui omnino nequeant, nisi à coniugali actu interim sese abstinere velle promitterent.

Cum verò multa sint eiusmodi impedimenta, quæ facile apud Casuistas inueniuntur, in verbo Matrimonium, & comprehenduntur in vulgaribus hisce versiculis, Error, con-

ditio, votum, cognatio, &c. iudicabo hic tantum, quid agendum confessario sit, si eiusmodi sibi occurrerint, ponamque exemplum eius, quod maximè euenire solet, quale est impedimentum Naturalis, aut Spiritualis cognationis. Naturalis est, quando inter eos, qui contrahunt, cognatio consanguinitatis, aut affinitatis, intra quartum gradum intercedit.

Spiritualis dicitur, quæ in Sacramentis, Baptismi, aut Confirmationis acquiritur. Exemplum sit, si quis puellam baptizárit, aut pro ea baptismō initiata, sacro Chrismate confirmata, sponsor compatérque factus fuerit, is neque cum illa puerilla, neque cum eiusdem matre nuptias contrahere potest. Et hoc similiter de mulieribus intelligitur; quando mulier nempe puerum baptizauerit, eiusve in Baptismo aut Confirmatione, susceptrix aut com-

Seſſ.
24. *Cap. 2.* *Decr.*
de re-
form.
Matri.

mater extiterit, ei neque masculum hunc, neque illius patrem habere maritum permittitur. Alteram illam spiritualem inter fratres cognationem Concilium Tridentinum sustulit, remanentque iam dumtaxat illæ.

Compero itaque in pœnitente eiusmodi impedimento, confessarius admonebit illegitimè copulatos esse, necessarióque inuicem separando. Quòd si ratione scandali fortassis hinc orituri discessionem inter se facere noluerint, vt s̄æpe fit, eos hortabitur, vt à Pontifice super hoc impedimento dispensationem impetrare studeant. Quam si obtinuerint, non est necessum ut Matrimonium redintegrant: conuenit saltem à consortio tori separatos manere, & sub eodem tecto commorantes pudicitiam seruare, veluti fratrem cum sorore decet castè viuere. Id si facturos se receperint, absoluet. Si recusauerint, aut id polliciti alijs promissis non steterint, postea non absoluet, nisi impetrata dispensatione, aut prorsus inter se separatos. Hęc de hoc impedimenti genere dicta, similiter de aliis omnibus intelliguntur, quæ Matrimonium impedire, vel irritum possunt reddere. Cùm verò sint alia rariora, hoc pro exemplo afferre volui quia frequenter occurrere solet.

De documentis , quibus Confessarius post absolutionem , finitaque Confessione poterit uti.

HAc tenus egimus de peculiariis bus documentis , quæ bonus Confessarius sequi & seruare debet. Ab initio autem confessionis auspicati per totum processum illius progressi sumus : nunc exiguum restat , quid post absolutionem confessarius agere debeat , quia sicuti dictum est , confessio concludi solet . Ea verò paucis perstringemus modo , qui sequitur .

Primùm quando Sacerdos vnius pluriūmque confessiones audierit , antequam domum se , vel in Conclave suum receperit , in eodem templo (vbi confessiones audiuit) aliquantisper ad orandum se componat , ac primò Domino Deo gratias agat pro dono sibi collato , quod videlicet prius amore laboris tantillum subire potuerit , sine cuius auxilio nil potuisse , &c. Deinde Diuinæ suæ maiestati exiguum illud verbi sui commendet semen , quod in animas sibi confessorum iactauit , oréisque suam omni-

DE INSTR. CONF. CAP. XVIII. 97
omnipotentiam , vt incrementum
det , cùm illud sola maiestas ipsius
possit , ne labor suus sit irritus . Ne-
que tantùm hac vice , sed in posterū
quoque , præsertim vero eodem die
Sacerdos habeat in oratione com-
mendatos suos pœnitentes , eos po-
tissimum quos magis egere notauit .
Eorum vulnera Deo proponat , obse-
erétque , vt illa ipse omnipotens me-
dicus , & misericors Samaritanus ,
curare dignetur , gratiámque largiri ,
ne in eiusmodi miseriam denuò rela-
bantur . Hæc summa sit orationis il-
lius , ad cuius intentionem , scopum
que eiusmodi verba proferet , qua-
lia sibi affectus , desideriumque fugi-
geret . Hac igitur ratione si rationes
ordiatur , & cōcludat , omnia ad glo-
riā Dei aget , (vt agendū iubet Apo-
stolus) ac sperare poterit laborem
suum Diuīnæ maiestati , prox móque
fructuosum , & salutarem fore .

L Cor.

10.

Secundo , quod ad sigillum confes-
sionis attinet , debet id magis , quám
vllum aliud huius mundi arcanum
clausum , saluumque seruati . Quare
necessarium est , vt Confessarius
admodum sit prudens , & cautus ,
ne vel directè peccatum quodcum-

E

que in confessione auditum publicer,
aut prodat. Id quod adeo constanter,
firmiterque tenendum est, ut nullo
mandato ne summi quidem Pontifi-
cis, nullis minis, nullo metu, aut
amore, ullum vñquam peccatum,
quod in confessione audierit, elici ab
illo possit. Expressa tantum pœnitent-
tis licentia potest illud patefacere,
quam tamen ab illo petere non de-
bet; neque uti concessa, nisi maximi
esset momentires, & confessarius
intelligeret pœnitentem sponte li-
benterque licentiam dedit.

Tertio, si confessarius eam licen-
tiā petiisset, & obtinuisset, diligenter
attendant, ut quando manifestabit id,
quod in confessione cognouit, sic
faciat, ne alij scandalizentur: Vide
licet illos instruat se de peccato hoc,
& casu loquendi à Pœnitente fa-
cultatem licentiamque accepisse,
rationem similiter adiungens, cur
pœnitens id ita voluerit, nempe
consilij petendi causa ut iunetur,
aut ob aliam quandam iustum cau-
sam: Idque ideo facere conuenit, ne
confessio apud alios in odium traha-
tur, sed ad eandem omnes maiore
amore inflammetur, cum cognoue-

DE INSTR. CONF. CAP. XVIII. 99
rint quām rigidum sit secretum il-
lud , quod in eadem tenendum est.

Quarto , confessarius in huius si-
gilli custodiātam etiam cautus sit ac
solicitus , vt etiam cum pœnitente
extra confessionem , de pœccatis
confessionis nullum verbum faciat ,
aut ullo modo tractet. Potest qui-
dem cum illo de aliis rebus spiritua-
libus agere , eūmque ad rectam piām-
que viuendi consuetudinem exhor-
tari , aliāque bona & salutaria mo-
nita dare ; id quod nihilominus fa-
cere potuit , quamvis eius confes-
sionem non audisset.

Quinto ac postremo , si confessarius
alicuius confessionem audisset , quena
tamen absoluere non posset , vel
nollet (pro qualitate Casuum de
quibus egimus) æquè tenetur sigil-
lum seruare de omnibus in confes-
sione auditis , ac si eundem quoque
absoluisset. Caveat etiam diligenter ,
ne pœnitentem toruis oculis intuea-
tur , quantumuis peccata enormia ,
maximèque abominabilia esset cōfes-
sus. Verūm conetur erga omnes le-
nem & affabilem se exhibere , sic ut
effectus cum nomine consentiat , cùm
eius , quē confitentē audierit , spiri-
tualis pater nominetur. E ij .

CAPVT XIX.

Quomodo sc̄ Confessarius habere debeat erga p̄nitentem, quem deprehenderit non legitimè contritum.

CVM iam de iis instructionibus cegerimus; secundum quas Confessarius in toto Confessionis progressu sese diriget, reliquum est solum ut præstemus id, quod superius pollicebamur; nempe ut huic tractati remedia subiiciamus ea, quæ p̄nitentibus queant in suis temptationibus adhiberi, ne postmodum similiter in aptè perpetrata peccata recidant.

Antequam vero de hoc tractemus, cominodum duxi de re agcre, quæ Confessariis plus laboris, tradij ac molestiæ afferre, solet, quam reliqua omnia. Videlicet quando confitens accedit, qui, licet multa, gravia & horrenda peccata recenseat, de illis tamen ne minimam quidem contritionem, animique dolorem ostendit; adeo vt Confessarius dubius sit, & ignoret, quid cum illo agendum sit. Iam ergo de hoc tam difficulti, ac tradij pleno negotio, nec minùs frequenti, Diuina aspirante

DE INTR. CONF. CAP. XIX. 101
gratia, quod in mentem venerit,
suggeram. Exiguus hic dolor contri-
tioque, quam pœnitentes ostendunt
de peccato (quod vel maximè dolo-
rem ipsis ac pœnitudinem mouere
deberet) ex multis radicibus vide-
tur pullulare. Primum, quod non
intelligant magnitudinem peccati;
deinde, quod non agnoscant altitudi-
nem Diuinæ maiestatis, quam læse-
runt. Tertio, quoniam non capiunt
animo inæstimabilia & immensa bo-
na, quorum iacturam peccando fe-
cerunt. Quartò, quod non expen-
dant seueritatem rationis, quam
Deo reddituri sunt, nec horrenda
tormenta, pœnasque quibus (nisi
pœnitentiam agant) apud inferos
cruciabuntur. Quintò, quod non
considerent summam ingratitudinē,
quam exercuerunt offendentes eum,
à quo tot beneficia perceperunt.
Quapropter prudens Confessarius
conari debet ac laborare, ut hæc
dura corda mitiget, proponendo ipsis
omnia hæc, aut saltem ex eis aliqua,
quæ magis utilia magisque idonea
videbuntur.

Quod attinet ad primum, pœni-
tenti declarabit, quam grauia sint à
E iii

se commissa peccata, cùm ipsorum quolibet mandata Dei sit prævaricatus, quæ iubet, ac præcipit ut adeo diligenter, sollicitèque seruentur, teste Davide. Iam si in mundo adeo grauis, & extremo supplicio vindicanda res est, peccatum delictum in personam Regis aut principis, quod crimen læsæ Maiestatis dicitur; quanto horribilis, abominabiliusque est, tot crimina contra diuinam Maiestatem perpetrasse? Considerandum det pœnitenti, quam detestanda sint eorum scelera, qui Christum colaphizârunt, conspuerunt, flagellarunt, spinis coronarunt, ac tandem crucifixerunt, secumque ineat rationem ac cogitet, omnia se hæc quolibet suorum peccatorum perpetrassse, B. Apostolo teste. Si igitur Christum quouis suo peccato crucifixit, bone Deus, quid tam multis factum est?

ad Hebr. 6. Quoad secundum, interroget pœnitentem, An etiam Dominum agnoscat, quem sordibus peccatorum & squalore suo tantopere contempsit? An norit quidnam sit, aut quis conditor cœli & terræ, cui omnes creaturæ obediunt, qui tantæ po-

testatis , virtutis & maiestatis est , vt Angelicæ etiam virtutes , ante faciem eius præ timore ac reverentia contremiscant? Ei ergo commemoret , qui fiat , quod miserrimus peccator non expauescat , qui tantam , tamque sublimem maiestatem offenderit ? Procul dubio percelleatur ac pertimesceret , si vel semel huius mundi principem , aut personam aliquam illustrem læsisset , à quibus expectandam sibi pœnam non dubitaret . Cur itaque non timeat mœre atque , qui tam sape , tantumque Dominum ad iram prouocavit ac contristavit ; qui vnicō verbo corpus tormentis ac morte potest afficere , animamque in profundum Gehennæ præcipitare ?

Tertio , proponat illi ingentes thesauros ac opes , quas per peccatum tam temerè amisit . Quolibet enim peccato mortali amittitur gratia & amicitia Dei , dona Spiritus sancti , infusæ virtutes , merita Christi , fructus antè actorum honorum operum in statu gratiæ , communio omnis boni , quod in sancta Christi Ecclesia fit , pax denique & securitas bonæ conscientiæ , cum aliis innu-

304 G. LOARTE

meris bonis. Cuius igitur cor non profundissimè vulneretur , si consideret se tam preciosos thesauros , cum tam tætra , misera , breuique voluptate permutasse ? Exponat illi , quantum deploraret , si omnem substantiam ac facultates , quas tanta cura & labore acquisisset , uno temporis momento , per incendium , naufragiumve amitteret ? Quantò magis igitur & iustius deslebit & contristabitur , si videat se priuatum diuitiis longe præstantoribus multò maiore , durioréque molestia & labore comparatis ?

Quartò intelligere cum faciat , omnia peccata , quæ commisit , in conspectu Dei facta esse , à quo se occultare sit impo ssibile , de quibus omnibus ac singulis exactissimam rationem sit necessario redditurus , ipso Domino testante . Iam si intel ligat se pudore suffusum iri , quando omnis illa abominatio manifestatur ac innotesceret , quomodo afficietur , quando se adeo nudum , pudori , ac dedecori expositum , coram omnibus Angelis , totiusque mundi hominibus deprehendet ? Præter hunc autem infandum , &

DE INSTR. CONF. CAP. XIX. 105
incomparabilem pudorem , exami-
net secum terribiles pœnas , & tor-
menta sibi parata , quibus enarran-
dis lingua nulla sufficerit. Itaque
sibi persuadeat , ad tantum malum
cuitandum , nullum esse aliud me-
dium , ac viam , quam ut de suis
peccatis vehementissimè doleat &
centeratur , dignamque & sufficien-
tem agat pœnitentiam.

Postremò illi ostendat , quanta:
quamque grauis sit eius ingratia-
tudo Nam præterquam quod Deus
ad imaginem suam eum crearit .
præterquam quod sanguinem suum
pro ipso effuderit , tot in illius gra-
tiam perpessus tormenta ; præter-
quam quod tot eum temporalibus
pariter ac spiritualibus donis cumu-
larit , ei toties pepercerit , tam
multa legitimi verique patris & ami-
ci officia exhibuerit , nihilominus ta-
men velut omnium istorum immemor ,
eum contempsit , iniuria affecit , tot
peccatis offendit , adeo ut infestissi-
mos hostes suos peius & crudelius
tractare non potuisset. Et quis non
misereatur huius ? quem non pœni-
teat ? Quis tantam cæcitatem , infa-
miāque non admiretur , & obstu-

pescat? Quem tantæ ingratitudinis memorem non pudeat? His simili-
busque rationibus potest Confessari-
ius animum pœnitentis emollire, &
illustrare, ut errorem suum agno-
scat, déque illo doleat & compun-
gatur.

Attendat verò etiam, crassis &
rusticis magis hæc remedia conue-
nire, quæ ipsis metum faciliùs in-
cutiant. Atque sic non carebit fru-
ctu, si ipsis exempla commemo-
ratur pœnarum, quibus Deus in hoc
seculo peccatores punit; quemad-
Isa. 14. modum Luciferi cum suo comitatu;
Gen. 3. Adæ & Euæ; generalis cataclysmi,
7. 19. quinque ciuitatum igne cœlesti com-
bustarum, aliorūmque similiūm è
sacris Litteris crutorum exemplo-
rum; sicut etiam quorumdam, qui
nostris temporibus deliquerunt, ut
Confessarius nouisse, aut meminisse
potest.

Cum iis autem, qui intelligen-
tiores sunt, liberalis ingenij, & in-
dolis generosæ, aliter agendum est.
Nempe amoris proponet ipsis reme-
dia, suæque ingratitudinis illos mo-
nebit, qua erga immensam bonitatē
& munificentiam Dei hastenus vñ

DE INSTR. CONFESS. CAP. XIX. 107
sunt. Quod si Confessarius nihil hoc modo profecerit, optimum erit pœtenti consulere, ut disciplinam, aliâve pœnitentiæ faciat opera, quæ cor ipsius demulcere queant & flectere, Quin ad hanc quoque rem conduceat, si benignus & zeli plenus ac feruens, confessarius, vni cum suis pœnitentibus, eandem pœnitentiam peragat; quemadmodum sanctum quedam Prælatum cum suis pœnitentibus mihi compertum est fecisse.

Hoc modo spes est cor nullum fore tam lapideum aut ferreum, quod non carneum futurum sit; déque peccato suo contritionem & pœnitudinem habiturum: aut saltem dollebit, quod magnum & abundantem mœrorem & contritionem concipere non possit. Verum si quis animo sic adamantino & obdurato esset, ut his & similibus neutquam se commoueri, ac disponi pateretur, is non absoluatur, sed dicatur, ut Domino Deo se commendet, aliasque melius dispositus redeat, ut capite 12. dictum.

De generalibus remediis, que suis pœnitentibus Confessarius contra omnes tentationes dare poterit.

Octauo capite, vbi tradebamus quo pacto Confessarius, vt spiritualis medicus erga pœnitentem gerere se deberet; polliciti sumus, ad huius tractatus finem, nos alium addituros, quem ante aliquot annos scripsimus de Remediis contra tentationes. Iam vero ne libellus hic plus æquo excresceret (quia intentione nostra est, grata quadam breuitate Sacerdotes ad hæc cum voluptate legenda alicere) placuit nobis, tantum compendij more, hæc puncta inde excerpere, quæ præsenti materia magis conueniant, & alia quædam adiungere, quibus Confessarij suos pœnitentes adiuuare possint & consolari. Qui vero eiusmodi remedia copiosius aliquanto tractata legere cupiunt, alios similes libros consulant, sibi magis placentes, vbi, quæ à nobis hæc dicenda fuissent, etiam reperient.

Vt vero methodicè hæc procedatur, Confessorum est suis pœni-

tentibus generalia quædam remedia
præscribere, contra omnes tentatio-
nes, & particularia quædam adver-
sus proprias & peculiare, quibus
unaquæque sigillatim oppugnatur.
Communia remedia sunt quæ se-
quuntur.

Initio proponet ipsis consideran-
dum, quo modo Dominus Deus, vna
cum cœlesti curia præsens, & specta-
tor sit pugnæ temptationis, cum qua
dimicandum pœnitenti est. Ideoque
conari debet, ut generosè virili: èr-
que pugnet, non secus ac si in Regis
sui terreni, aulicæque familiæ con-
spectu, decertaturus esset: conside-
rans magnam sibi laudem & gloriam
propositam esse, victoriam repor-
tanti. Contrà, ludibriū, dedecus
& ignomiam expectandam, si suc-
cumbat, & sic aliquem fidei suæ de-
fectum ostendat, quam Domino Deo
debuit præstare, qui oculis in ipsum
coniectis, victoriæ finem, ut ipsum
post coronatum præmiis ornet, au-
diissimè expectat.

Secundo, ipsius animo imprimat,
quod si temptationi, quæ nunc ipsum
infestat, obsistere fortiter conetur,
futurum erit, ut ea mox euancescat.

ipse vero gaudeat, & magni cuiusdam lucri, quod eam superauerit, voluptate fruatur. Quid quod Angeli quoque cœlestes huius gaudij participes futuri sint, qui accedentes eum deducent, eique seruient; quemadmodum Christo, post suę tentationis victoriam, seruierunt? E contrà si peccato consenserit, ac vinci se patiatur, turpis quidem voluptas illa cito, ac veluti fumus euanscet; verùm in anima grauis acerbitas, in conscientia morsus, & pudor admissi criminis residuebit. Adhæc debitum illud postea defendi, pudor confitendi, labor & modestia pœnitentiam agendi, difficultas amissam gratiam recuperandi, cum multis aliis innumerabilibus damnis, quæ omnia virili resistentia præcaueri possunt.

Jacob.
4.

Tertio iubeat ipsum cogitare maximam resistendi difficultatem initio tantum sese ostendere: postea enim si resistendo perseveretur tentatio deficit. Et quo magis quis vincere conatur, eo plus vires crescunt, tentationes vero cum impetu irruentes, debilitantur. Vnde Apostolus ait, *Resistite Diabolo & & fugiet à vobis.*

DE INSTR. CONFESS. CAP. XX. III
Verum prorsus contrarium euenire solet , quando peccator in peccatum miserè lapsus , temptationi indulget. Ideoque curabit serio , ne primas aduersario partes concedat , néve initio in tanti momenti re negligenter agat.

Quarto admoneat ipsum , expendere animæ pulchritudinem in statu gratiæ , quæ tanta est , ut ea magnopere Deus ipse capiatur , in eaque habitare dignetur. Immò Angelii quoque cælestes oblectant se , admirantes eius tantam in spiritualibus gratiis & diuitiis claritatem. Quamprimum vero in mortale peccatum incidit , mox illam Deus deserit , ipsaque perdit omnem ornatum , ac diuitias ; deformis & abominanda redditur , vsque adeo , ut si homo posset oculis eam intueri , magno horrore corriperetur. Quare merito exhorrescat peccato consensum præbere , quo in tantam se miseriam precipitat ; maximè si consideret ea , de quibus in capite præcedenti egimus , nempe quæ per mortale peccatum amittantur. Ad mentem ergo reuocet , quanta esset cæcitas & stoliditas illius , qui tam immensa bona , ob

112 G. LOARTE
fruitionem tam ærumnoſę , & tētē
voluptatis , negligere vellet. Pon-
deret item , quanta cura & ſollicitu-
dine , ſi aliquam gemmam haberet ,
cūſtodiaret , ne furriperetur : Simili-
térque faciat cum Diuina gratia ,
eius p̄cium longè ſuperat omnes ,
quę in mundo ſunt , gemmas.

Quinto conſilium det ei , vt animo
ſæpius contempletur & repetat qua-
tuor hominis nouiſſima , quę ſunt ,
Mors , ſtricta ratio Domino Deo red-
denda in extremo iudicio , Terribi-
les inferorum pœnę , Cœleſtis para-
diſi gloria. Nam hæ res accuratè ſe-
rioque expenſæ , magnum illi ad
tentationes debellandas adminicu-
lum afferent , quod Eccleſiaſticus
Eccles. pollicetur ita loquens , *In omnibus*
7. *operibus tuis memorare nouiſſima tua ,*
& in aeternum non peccabis.

Prēter iam dictas conſiderationes ,
alia communia quoque ſunt arma ,
remediāque contra tentationes , quę
Confessorius oportunè pœnitenti
ſuo norit applicare. Videlicet , &
quidem primo , humilis & conſtantis
deprecatio , quæ in fide & ſpe fiat.
Ad quam Christus diſcipulos ſuos
hac intentione cohortatur. *Hoc ſoluum*

aiebat Rex Iosaphat, habemus residui, 2. Par-
vt oculos nostros dirigamus ad te. ratip.

Deinde sanctorum Scripturarum, 20.
aliorumque piorum librorum lectio,
præsertim de exemplis Sanctorum,
ut quis meditetur, quomodo illos
imitando, tentationes deuincat: sed
cum humilitate, deuotione, piisque
fructum inde capiendo proposito, ea
suscipiatur.

Tertio, Christum oculis mentis,
ligno Crucis ignominiosè affixum,
contemplari, fidenterque, ac deuo-
tè illius, ac suæ Matris Beatissimæ
nomen inuocare. Tum eadem fide,
se venerande Crucis signo munire,
qua Satan vinctus est; ideoque ille
vehementer hoc signum abhorret, si
vera, viuaque fide ipsi opponatur.

Quartò, vitare fugeréque omnes
ocasiones, ex quibus temptationes
eiusmodi oriuntur, quæ alias eum
oblectarunt. Cum primis vero mulie-
rum vitet familiaritatem, semper
ambulet in timore sancto, & in rebus
etiam tutis, quandoque sibi timeat,
ne in pericula incidat, iuxta id quod
scriptum est, Beatus homo, qui semper Propt.
est pauidus. 28.

Quinto & ultimo, frequens per-

ceptio Sacramentorum Confessio-
nis, & Communionis , quibus anima
corroboratur , ac lucem & gratiam
accipit agnoscēd i tentationes, iisque
strenue resistendi. Præterea Ele-
emosynę , aliaque charitatis, & spi-
ritualia misericordię opera; ac omnia,
quę ad consequendam , conseruan-
dāmque gratiam adiuuant , vtilia
maximē sunt & fructuosa , ad tenta-
tiones, quibus aduersarius noster in
peccatum nos impellere , gratiāque
expoliare nititur , profligandas.

In his similibusque remediis Con-
fessarium feruentem decet bene
exercitatum esse, vt eorum applica-
tione sibi confitentibus adiumento
sit : prōque pœnitentis captu , plus
minūsve in uno & altero declarando
immoretur. Hoc tamen obseruet ,
non omnia simul vnicuique propo-
nenda , sed ea tantum , quę viderit à
pœnitente facilius comprehendendi pos-
se. Dubium non est hęc postrema vt
intellectu , & obseruatū faciliora ,
omnibus accommodari posse, pr̄eter
alia quedam remedia singularia, quę
in certis quibusdam tentationibus
vnumquemque infestare solitis , ad-
hibenda sunt. De quibus in capitibus
iam sequentibus agemus.

CAPVT XXI.

De remediis, quæ Confessarius adhibere possit aduersus tentationes Impudicitia: déque pœnitentia pro id genus peccatis iniungenda.

QVanquam communia remedia capite præcedēti cōtra omnes tentationes præscripta, contra Luxuriam, aliaque peccata particula- ria valere possunt; optimè tamen conuenit, vt Confessarius in aliis etiam particularibus remediis versat- us sit, quæ pœnitentibus suis com- municare queat, pro conditione peculiariū criminum, à quibus quisqne fœquentiū impetitur & oppugnatur.

Vt verò teneamus ordinem quen- dam, ordiemur à remediis contra tentationes carnis, quæ vñus est ex tribus humani generis præcipuis hostibus. Itaque primū dicemus de Luxuria, tætro & auersando crimine, mortalibus passim cuiuscunque sint conditionis, adeo familiari, vt (pró dolor) dici meritò cum sancta Scrip- tura possit, id quod in diebus uni- versalis diluuij contigit, hoc est, Quod omnis caro viam suam corrue-

Genes.

6.

perit. Quia' damnum huius pernicio-
fissimi criminis multò maius est , su-
peratque omnia alia crimina & dam-
na : non enim animam tantùm infi-
cit , eisque detrimentum non æsti-
mandum affert , sed ipsum corpus
quoque corrumpit. Quare bonos &
eaptos Dei zelo Confessariós, vt pote
spirituales medicos , maiorem dili-
gentiam nauare decet , vt commu-
nem hanc , adeoque periculosam
pestem current atque sanent , pluri-
busque aduersus eam remediis in-
structos esse conuenit. Aliquot bre-
uiter hic assignabimus.

Hòc igitur casu Confessarius pœni-
tentibus puncta sequentia dabit con-
sideranda, Primum , vt loco momen-
taneæ delectationis, quam deploran-
dum hoc peccatum afferre potest ,
sollicitè perpendant extremam ca-
lamitatem , summumque malum ,
quod hinc non anima tantùm , sed
etiam corpus accipit. Animam qui-
dem obscurat , eam gratiarum pul-
chritudine priuans , quemadmodum
quoque alia mortalia peccata. Sed
hęc animę potissimum facultatibus
& potētiis & cum primis intellectui
nocet , quem obtenebrat , efficitque

DE INSTR. CONFESS CAP. XXI. 117
vt in bestiam homo degeneret. Cor-
poris incommoda sunt, vite breuitas,
diminutio debilitasque virium, tur-
pitudo formæ, bonorum dissipatio,
cum innumeris aliis malis. Et ista
quidem hinc experientia patent. Pre-
ter ventura tormenta, ac pœnas,
quibus homo obligatur, que suprà
quam dici potest, grauia & æternæ
sunt, vt verum sit vulgatum illud
B. Gregorij, *Momentaneum est, quod*
delectat; æternum quod cruciat. Quis
igitur iactationis impos fieri cupiat,
vt ob exiguum & miserabilem quæ-
stum, in tanta se damna & calamiti-
tates præcipitare velit?

Secundò considerare potest, quan-
do ad peccato consenticndum exit a-
ri se sentit, præsentem esse Domi-
num Deam, à quo se occultare ullo
in loco sit impossibile, quodque pro-
prius ciui Angelus hæc intuatur.
Et si talia coram honesto viro ipse
perpetrare erubesceret, quanto
magis in tante Maiestatis conspectu;
cùm præsebitim non ignoret, quanto-
pere hinc ipsa lœdatur?

Tertiò ponderet, quid etiam si
magna fame premeretur, à cibo ta-
men tantopere expetito abstineret,

si certus esset ei venenum admixtum esse, vnde sibi mors conciliaretur;

Cap. 6. nam potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem? ait Job. Cur igitur non ipsum deterreat spiritualis mortis metus, quam certò expectare debet, si id faciat, ad quod illum damnabilis appetitus incitat:

Quarto cogitet, quo duitius in hoc turpi peccato permanere decreuerit, ea mente ut insatiabilem concupiscentiam, libidinemque semel expleat, eò maiori fame, magisque insatiabili desiderio cruciatum iri. Si quidem natura & proprietas huius detestandi criminis est, ut quò plus fomitis & nutrimenti acquirit, eò magis inflammatur & arcat. quamobrem illud initio statim fugiendum, dum difficultas adhuc minor & maius lucrum.

Præter huiusmodi considerationes, alię quoque possunt illi cautelę, remediāque præscribi, nempe ut studiosissimè sibi caueat, à loco & occasionibus, quæ alias harum sibi tentationum ansam præbuerunt, ut sunt otium, visus, tactus, cum suspectis hominibus consuetudinem habere, solisque talibus adesse, carni suæ ni-

miūm indulgere / quæ domesticus
est hostis, magnoperéque cauendus,
ne fortassis rebellet / aliáque peri-
cula & causæ. Nam crimen hoc mul- Sanct.
tò magis, vt sancti docent, fugiendo, Augu.
quàm pugnando, superatur. lib. de

Item hortetur ipsum, vt quàm pri- honest.
mùm se ab hac tentatione senserit Mulier
opugnari, eam profligare studeat: cap. I.
sic vt etiam cogitationum initii re- S.Tho.
sistatur. Si enim his aditum faciat, 2. 2. q.
séque eis oblectet, præualebunt, 35.art.
magnáque postea difficultate expelli I. ad
poterunt. Et difficulter sanabitur, 4.CC.
quod initio præueniri facile, vincí-
que poterat. Quare maior cura &
vigilantia tum est adhibenda.

Quod si híc incuria quedam fuisset, ideoque iam tentatio in carne
radices egisset, eámque cōmóuisset, tum ad Dominum est configiēdum,
& intima affectione ab eo auxiliū petendum. Nec non Beatissimæ Virgini, suo Angelo, aliisque Sanctis, erga quos deuotione maiore affici-
tur, se commendabit.

Iuuerit etiam carnem pœnis, ac
dolore afficere, quo conceptus ardor
extinguatur. Item crudeles gehennæ
flamas inculcāre, quibus obnoxius

efficiatur , assensum huic peccato
præbens. Quod si pœnitens rationes,
& remedia hæc diligenter usurpet ,
vnâ cum generalibus illis capitis
præcedentis , quorum Confessarius
quoque ipsum admonebit , spes est
auxiliante Dei gratia , à talibus eum
difficultatibus , molestiisque ac ten-
tationibus protegendum.

Pœnitentiae in peccatum eiusmodi
prolapsis iniungendæ sunt potissimum ,
quæ castigandæ carni deseruiunt , vt
ieiunare , abstinentem esse , discipli-
nam assumere , ciliciis vestitum , aut
super nudos asperges , in paumento ,
duroque grabbato somnum capere ;
vigilare , summo mane surgere , tem-
pla obire , hospitalibus inseruire ,
ægrotis ministrare , fœtoremque for-
didorum locorum perpeti , & id ge-
nus alia , quibus caro subigitur ,
mortificatur , refrenatur , spirituique
subiicitur .

Diuitibus autem & aliis infirma
valetudine præditis , ita ut macerare
se nequeant , eleemosynæ sunt com-
mendandæ , vt pauperes foueant ,
indotatæ puellæ matrimonio subue-
niant , orphanum enutriant , aut in
studiis alant , operaque alia similia
faciant

DE INSTR. CONF. CAP. XXI. 121
faciant pro conditione & facultati-
bus cuiusque. Sicque eiusmodi pœ-
nitentiæ, præterquam quod huic
peccato propriè competunt, etiam
tanquam peculiaria remedia contra
eiusdem tentationes seruire possunt,
adeo ut omnia ad pœnitentis utilita-
tem & salutem factura sint.

C A P V T XXII.

*De remediis & pœnitentiis, quas Con-
fessarius contra Gulam & ebrie-
tatem iniunget.*

Quanquam turpis Gula paruum
peccatum videatur, nec semper
mortale sit, tamen ubi Confessarius
animaduertet huic vitio pœnitentem
deditum, seuerè illum obiurgabit,
& remediis instruet, quibus ab hoc
peccato se tueri possit, ob multa va-
riaque mala hinc emergentia. Quo-
rum consideratio vnum quoque de
remediis esse potest. Itaque exem-
pla ipsi proponi possunt, de quibus
in Sacra Scriptura; unde quæ mala
ob hoc peccatum in mundum irrue-
runt, cognoscere poterit.

Gula matris Eu^r, perditio generis *Genef.*
humanæ fuit. Lot vir alioquin iustus, 3. 12.
per ebrietatem eò dilapsus est, ut

Genes. cum propriis filiabus incestum commiserit. Ob gulam Esau iure suæ primogenituræ excidit. Absalon in celebri coniuio fratrem Ammonem trucidauit. Holofernes vino obrutus, à *Iudith.* Iudith capite truncatus est. Herodes denique in suo natali, inter epulas *I.* B. Ioanni Baptiste caput præcidi mandauit. Sed præter hæc exempla potest his quoque temporibus quilibet estimare, quid incommodi & calamitatis, ex gula, ebrietateque tam corpori, quam animæ emergat. *Matth.* Corpori, quoniam hac de causa mortales scipios perdunt, & in omne morborum genus incidunt, sicuti medici testantur, & experientia constat. Animæ verà, propterea quod gula omnibus aliis vitiis & peccatis fenestras ostiumque aperit, hominemque ad bonum quodvis ineptum reddit.

Secundò, declareret ipsi, quam celeriter voluptas huius peccati transeat, cum diutiùs non duret, quam quamdiu editur ac bibitur, cibusque ab ore in fauces delabitur, citra ullum signum, aut memoriam perceptæ voluptatis. Contrà, loco grati saporis ac deliciarum, cum

medus exceditur, continuò pœna ad manum est, dum stomachus tædio fastidióque se pressum & oneratum sentit. Ex quibus homo, velit nolit, abunde intelligit, quanto sibi misera hæc voluptas constet, quanto quo molestia paretur. Et hæc quidem iam præstò sunt: præter morbos & incommoda, quæ toto vitæ tempore sequuntur. Quis igitur tam sit amēs, ut adeo tætram, breuémque voluptatem sibi tantis impēsis emere cupiat?

Tertiò, si tantis incommodis, quæ ex Gula & ebrietate proueniunt, non moueatur: mouere saltem debet, & nauiscam eius excitare maximus fructus & utilitas, quæ ex Abstinentia & temperantia prouenit, ut sunt fanitas, quies, vitæ longitudo, alacritas dexteritasque ad quodvis opus, compendium sumptuum, leuior cura, labor molestia-que minor. Anima quoque manet aptior ad orandum, contemplandum, studiis vacandum, ad peccata vitanda, & virtutes consequendas, cum aliis utilitatibus multis, quæ exco-gitari possunt.

Quartò admoneat ipsum, diligentiā adhibeat, ut occasiones huius

vitij sicut & aliorum , vitet ; verbi gratia, ne cum epulonibus & temulentis versetur , fugiat conuictia, ubi tot exquisiti , superuacaneaque incibo ac potu sumptus adhibentur, in quibus modum ac diætam seruare difficile est. Neque sibi tantum ab eiusmodi epulis temperabit , sed de illis ne cogitabit quidem , nec animo imaginabitur.

Quintò consilium det ei, ut sepius, præsertim in mensa , de Sanctorum Patrum abstinentia cogitet , qui vi-

In suis tiosum putabunt , cibo cocto vesci ,
Epist. teste B. Hieronymo. Memor sit item
sæpe , Christi Domini temperantiae , cuiusque
& Lib. discipulorum , fellis quoque &
in Io- aceti , quod in sancta sua Passione
uin. babit. Utile quoque fuerit recordari
&c. tot pauperum in orbe terrarum , cum
fame ac siti tantopere conflictantur.
Pro quibus monebit Confessorius , ut
ante sumptionem cibi , pœnitens
orationem Dominicam , cum Angelica salutatione dicat.

Sextò, iuuat item repetere memoria cœlestem illam cœnam , ad quam sumus inuitati, eternum duraturam ;
& quia, qui illius erunt participes , abundantia suavitatis & gratiae , quam

experientur, saturabuntur. Quamobrem decet in huius mundi ientaculo sobrios esse, vt tunc perfectè sequant explorere.

Septimò, pœnitens examinetur de quinque Gulæ speciebus, quas B. Lib. 31. Gregorius assignat. Prima est, excedere nimio cibo ac potu, quod familiare Sodomitis erat. Secunda, præcepis in accipiendo cibo auiditas, qualis in Esaü fuit in lentis edulio. Tertia, cum sumptuosior delicatiōr que cibus exquiritur, vt ab Israëlitis factitatum est importunè carnes in deserto poscentibus. Quarta, cum cibus potusve capitur citra omnem necessitatem, extrāque tempus & consuetum ordinem, vt à Ionatha manè mel comedente. Quinta, nimirum sollicitudo in apparando condiendōque cibo, qualis fuit illa filiorum Sacerdotis Heli. Omnes hæ Gulæ species peculiariter à Deo punitæ sunt, vt Sacra Scriptura docet. Aduersus quas omnes iam dicta remedia possunt utiliter adhiberi.

Quòd ad pœnitentias verò peculiares attinet, quas Confessarius eis, qui in hoc, similiave peccata incidunt, imponet, & hac maximè per-

tinent, eiusmodi sunt; Aliquo die iejunare, aut abstinere; specialius autem aliquandiu sibi à rebus eis temperare, quarum usus magis exceptitur voluptatis, quam necessitatis ergo, velut à sale, aromatibus, condituris, fructibus, aliisque similibus. Potissimum tamen ab iis, quibus quisque magis delectatur; adeo ut quandoque absinthium, aloēn, similesve herbas amaras admisceat, in memoriam amaritudinis, quam Christus Dominus hausit: aut etiam que comedet, modico cinere confpergat, veluti B. Franciscum, aliosque sanctos, fecisse legimus, & regius Propheta David, se idipsum, quoties ageret pœnitentiam, factare solitum confitetur.

Psalms.
102.

His, qui potissimum in potu deliquerunt, potest iniungi, ut ad tempus ab usu vini se contineant, aut illud aqua probè dilutum, & parcìus bibaat, neque hoc extra mensam. Item, quoties bibituri sunt, ut prius Angelicam Salutationem occulte, & nemine animaduertente recitent. Postremo, Confessarius admonere potest, ut sibi pœnitens ipse, quotiescumque in id genus vitij

DE INSTR. CONFESS. CAP. XXII. 127
impegerit, iniungat pœnitentiam, eamque die post ro exequi curet: ut patciū tardiusve cibum capere, quam vellet; aut cibis uti vilioribus, maleve præparatis; aut aliis qui buscunque pœnitentiæ operibus.

C A P V T X X I I I .

De remediis & pœnitentia contra Accidiam & Pigritiam usurpandis.

Non omittet Confessarius, quin pœnitentes examinet, eosque sciscitur de Accidia, Pigritia que peccato, quod haud leue est, Deique dilectioni, & pietati, tum promptitudini, & alacritati, quam diuino cultui debemus, contrariū. Nā tardū quoddā est, & tarditas in rebus spiritu alibus, indiligētia & ignauia quādā boni, vel inchoandi, vel, quod inchoatū est, perficiendi. Cūm senserit igitur Confessarius pœnitentem in hoc labi cœpisse, illique peccato iam deditum esse, poterit sequentibus ipsi remediis opem ferre.

Primò proponat ip̄si meditandum, quam tempus, quod sibi in lucis huius usura, ad opera bona prestanda tributum est, breue sit: quodque ex hoc temporis momento penduat, quicquid sibi per omnem fu-

rarevitę eternitatem sit euenturum.
Quocirca rem adeo preciosam &
irrecuperabilem , nempe tempus ,
sibi non in otio desidiaque perden-
dam esse : de quo tempore strictissi-
mam coram summo iudice Christo
sit redditurus rationem.

Secundò in memoriam reducat ipsi
extremos labores , ac discrimina ,
quibus se mortales , dum diuitias &
honores venantur, exponunt. Quan-
ta item sollicitudine aulici Regum ,
principumque ministri teneantur ,
vt ad voluntatem & placitum suis
dominis seruant. Pudeat igitur ipsa
propter immensam mercedem in cœ-
lo expectandam , ne minimam qui-
dem partem eius agere , quod alij
pro tam vili, incerta, momentanea-
que remuneratione , quam se spe-
rant consequenturos , promptè alacri-
terq; exequuntur.

Tertiò inculcat illi , vt identidem
secum recogitet ac voluat molestias
magnas , vigilias , orationes , aliisque
religiosa & pia exercitia , quibus ve-
teres sancti Patres in Ægypto vaca-
bant , aliquique etiamnum hodie sancti
ministri Dei assidue vacant. Inducat
igitur in animum , vt grauiter fa-

DE INSTR. CONF. CAP. XXII. 129
ciat, quæ illi facere consuerunt; cùm prorsus idem stipendium ex-
pectet, quod illi expectarunt. Co-
gitet eosdem homines ex carne &
ossibus iisdem extitisse, vt ipse est:
imo plerosque multo debiliores,
tenebrisque. Consideret item per-
petuos labores, ærumnas, sudores,
angores, necessitates Sancti sancto-
rum Christi Redemptoris nostri, qui
noluit otium agere, sed laboribus,
nostri amore semper, & molestijs
premi. Quod merito satis esse de-
beat, ad nos inflammandum, omnem-
que Acediam incuriamque à nobis
abigendam.

Quartò inciter eum, vt quotidiè
secum æstimet, hunc sibi vitæ diem
supremum fore, quod cogitare non
absurdè potest, cùm incertitudinem
humanæ vitæ non ignoret; & quod
semel tandem dies aliquis necessariò
sit futurus vltimus. Quod circa his
optimo iure extimuletur, vt ita se-
cum loquatur: Cur iam adeo sim
negligens & supinus, vt vnicum sal-
tem diem non insumam, vt debedo?
Cùm præcipue norim, quantum gau-
dij ac delectationis habiturus vesperi
sim, ex die tam diligenter & utiliter
impenso?

quintò, percurrat animo multipli-
ces calamitates , que in hac vita se
se obijciunt. Et quemadmodum is ,
qui se in magno aliquo incendio, aut
in medio profundi & procellosi ma-
ris constitutum videret, omnem pro-
culdubio , vt istinc abriperet se ,
diligentiam adhiberet : ita etiam, &
quidem multò magis, vigilantem esse
conuenit eum , qui in hac vita, velut
ingenti tot miseriārum incendio, & in
impetuoso huius mundi pelago , tam
multorum naufragiis & submersio-
nibus infami , versatur.

Sexto , horretur eum , quando se
ab hoc Acedie desidięque pec-
cato senserit. infestari , vt ad negotia
exercitiāque mutanda se conuertat.
Verbi causa ; Si forte in meditatio-
nibus , aut contemplatiuis precibus,
aridum se frigidūmque compererit,
transeat ad eas viua voce faciendas.
Quod si neque hic aliquem gustum
percipiat, occupet se studijs aut ali-
qua lectione. Si denique nec his affi-
ciatur , aggrediatur aliquod corpo-
ris exercitium , aut opus misericor-
dix ; sic, vt nunquam desidię conser-
sum prebeat otiose se dedat. Atque
hoc paſto exercitiorum vicissitudo

DE INSTR. CONFES. CAP. XXIII. 131
permutatioque, illius tamen mede-
bitur, cumque criminis huiusmodi
victorem constituet.

Admoneat item Confessarius, præ-
cipuum Acedie socordiaque profit-
gandæ laborem initio sc̄e ostentare.
Nam si quis in principio sibimet ipsi
modicam vim adhibuerit (ut adhibe-
re quilibet, regni coelestis acqüire-
di cupidus, obligatur) consuetudo
hanc difficultatem post ea magis ma-
gisque minuet, adeo ut eiusmodi ta-
dium, quo quis tenebatur initio, non
amplius experiatur deinceps.

Peculiares pœnitentiæ huic pecca-
to idoneæ, & iniungendæ, sunt istæ,
quæ similiter eidem peccato veluti
curationes & remedia, possunt in-
seruire. Nimirum, ut aliquo hebdo-
madis aut mensis die, tempore præ-
sertim illo, quo se ab ignauo isto
spiritu oppugnari animaduertit, vi-
rum aliquem religiosum innisat, cu-
jus in Dœ colendo zelum, flagrans-
que studium probè perspectum ha-
bet, cum quo communicet, de sua
tentatione conferat, illiusque exer-
citia sedulò exploret. Conuersatio
enim eiusmodi pietatis zelo flagran-
tibus hominibus, solet quoque in

aliorum animis similem zclum ac-
cendere , aut minimum languidis &
remissis aliquam mutationem adfer-
re. E contravetet illi , ne leuitatem ,
commerciaque carnalium , & mun-
danis deliciis deditorum hominum ,
qui magnam temptationis huius præ-
bent occasionem , seftetur.

Eodem modo præscribat ipſi , vt
diētam , ordinemque in cibo & potu
seruet , & vt somni sit ac loquelæ
parcioris , cūm ciuimodi res vitium
hoc promouere magnopere soleant.
Et hac intētione certū ipſi iejunium
iniungat , aut vigiliam aut silentium.
Itē pœnitentiæ loco præcipiat exerci-
tium aliquid manuum , domi aut fo-
ris agendum , ex illorum genere
vnum , quod pœnitenti magis con-
gruit , & frugiferum est , pro cuius-
que statu & conditione: quod tamen
in eos magis competit ; quibus ne-
gotij minus incumbit. Potest illud
quoque admoneri , vt singulis nocti-
bus secum exquirat , præsertim an
elapso die fortassis otio indulserit ,
& eius conscius , pro vnaquaque hora
otiosè ac inutiliter transacta , mini-
mū dicat , humi defixo vultu Do-
minicam Orationem , cūm Angelicā
Salutatione.

Item & hoc, ut, quoties audit
horæ pulsus, apud se dicat; esto ra-
tionis memor, quam Domino Deo
redditurus es de hac hora. quod illi
velut excitatorium & incitamentum
quoddam fuerit eius utiliter collo-
candæ. Omnes hec, similesque pœni-
tentiae, præterquam quod meritorie
sunt, admodum quoque valent ad
crimen hoc propulsandum.

CAP V T XX IV.

*De remediis & pœnitentiis, quas Con-
fessarius applicare potest contra
Avaritiam.*

Alter hostis noster Mundus est,
qui plerumque suos ipse affec-
clas trahit, præcipitatque in Aua-
ritiæ peccatum. quod quidem crimen
est ita Deo pariter & hominibus
exosum, inque Sacra Scriptura ma-
ledictum, ut sapiens dicat, *Avaro nihil Eccles.*
est scelerius. Äquum ergo est ac ne-
cessarium, ut Confessarius accuratus
sit cum suo pœnitente, in criminis
hoc peruestigando, itemque ut ido-
nea & opportuna remedia præscribat
iis, quos hoc peccato inquinatos
deprehenderit, quod ut Apostolus
docet, radix sit omnium malorum.
Quoniam autem hoc peccatum repe-

I. ad
Timot.

6.

ritur tam in diuitibus, cùm opes suas
immoderatè & amant & retinent ;
quam in pauperibus , quando nimia
cupiditate , & inordinato modo di-
uitiis quas non habent , acquirendis
incumbunt , pro vtrisque remedia
quædam decreuimus assignare.

Et primum quidem , quod paupe-
ribus adiumento sit , est , ut illis Con-
fessarius hæc sequentia consideranda
præcipiat . Primo , quantò melior sit
pauperum conditio , qui paupertate
sua contenti viuunt : & quantò ma-
iores adsint illis commoditates ad
veras illas & germanas virtutum , &
regni cælestis diuitias tendendi , quod
Matth
5. &
19.
Christus Dominus ipsis pollicitus
est , & spopondit .

Secundò pérpendant , quantum in-
commodi & periculi , non modo cor-
poris , sed & animæ etiam diuitię ,
nimiaque cupiditas & sollicitudo
eas colligendi , secum afferant , nam
I. ad
Timot.
6.
(veluti S. Paulus ait ,) *Qui volunt*
diuites fieri , incidunt in temptationem &
laqueum Diaboli , &c. quod multa
exempla , tam è Sacris literis , quam
prophanis historiis , testatum possunt
reddere . Verum sufficere potest
quod de Giezi legitur , qui hanc ob-

causam lepra percussus est. Item 4.
mors Ananie & Sapphiræ. Infælix Reg 5.
etiam miserabilis Iudæ exitus ; cum Act. 5.
multis aliis , qui in scopulum huius Act. 1.
criminis impacti , naufragium fece-
runt. Quod ad corpus attinet , facil-
limè quiuis intelligere potest , qui-
bus laboribus & molestiis , dñitiae
conflentur , & possideantur , quibus
item doloribus amittantur. Sed ab
his ærumnis veri pauperes liberi
sunt & securi.

Tertio , animo suo voluant , eos ,
qui pauperum sorte contenti sunt ,
beatores , & honoratores æstimari
posse , quam dñites : cum sint hac
ratione sectatores Christi Domini ,
qui à pueritia paupertatem elegit ,
eamque magno studio & sedulitate ,
cum in vita , tum in morte seruauit.
Idem fecit ipsius dilecta , & veneran-
da mater Maria. Sancti quoque
Apostoli , aliquique præcipui Sancti &
serui Dei . quis igitur non reputet
satiùs esse , tam honoratis & illustri-
bus hominibus assimilari ?

Quartò secum cogitent , huic vitæ
tam breui , quæ velut transitus est ,
pauca necessaria esse , ac sufficere : il-
laque pauca , nempè cibum & vesti-

menta, quibus contentos esse nos B.

I. ad Paulus iubet, omnino sine tanta contentione, nisi, molestiaque, quibus Timot.

6. conerant se diuites, acquiri posse, cum Matth.

6. Dominus haec daturum & adiectum se promiserit illis, qui in primis regnum Dei quæsuerint.

Hæ considerationes itidem diuitibus esse possunt adiumento, ne cor suum in diuitiis, quas possident, defixum teneant, ut admonet ipsos Prophetæ. Quin eti am præter has aliis vti possunt sibi magis competentibus Nempe si perpendant opes nunquam satietatem adferre posse, sed è contrà quò plus augentur, eò magis habendi sitim & cupiditatem accende re. Diuitiæ comparantur aquæ falsæ, quæ cùm debet sitim restinguere, magis eam accindit. Quare magna est stultitia desiderio ferri in id, quod maiorem dolorem & cruciazum suppeditat.

Adhæc mortis identidem recordentur, in qua se bonis omnibus his exutos & spoliatos videbunt, quæ affectu tanto prosequabantur, tantisque molestiis corroserant. Déque omnibus illis, quæ in hac vita posse derant, nihil ipsi omnino superfutu-

rum est, præter indumentum illud funerale, linteūmque miserabile, cum quo in sepulchrum proiicientur sicut aliis accidisse mortuis viderunt. Et cùm hæc necessario consequantur, cur illis tanta solicitudine incumbunt? cur tanta corradunt auditate & custodiunt opes quæ tam celeriter diffluent, aliisque relinquuntur, qui eas pro libito suo usurpabunt, & instrument, parum de ipsis curatur; immò etiam fortassis irriguri eos, à quibus relictæ fuerunt.

Postremò multum proderit, eos admonuisse bonorum inestimabilium, ac incorruptibilium thesaurorum cœlestium, qui in æternum durabunt; quorum comparatione nihil omnino fint omnes vbiique terrarum opes. Et hoc est, quod à B. Gregorio dictum est. *Si consideremus, ait, quæ & quanta sunt nobis promissa in Cœlis, vilescunt animo omnia, quæ habentur in terris.* Hæ similésque meditationes erunt satis, ad immoderatum amorem desideriumque erga temporalia bona, quod mortales in Avaritiam impellit, extingendum.

Pœnitentiæ hoc crimine occupatis imponendæ sunt hæc: Opulentis qui-

Homil.

37. in

Evang.

dem ac diuitibus , vt Eleemosynas erogent , quod aliquando fieri tempore continuato magis expedit , etiamsi parum detur , quam uno tempore multa largiri . Nam ex assidua consuetudine si pius Eleemosynas dandi , patulatim habitus & exercitatio Liberalitatis nascitur , qua studiu Auaritiæ disturbatur : quod tamen primò aut secundò licet eleemosyne multò largiores essent , non efficere tur. Posset etiam illis iniungi , vt hospitalia , aliosque inopes visitarent , quo miseriam & inopiam illorū conspicati , de duritia sua remitterent , & ad commiserationem fleterentur .

Caterum pauperibus auarisi , propter magnam sitim desideriumque , quo in diutiis , quas non habent , comparandis tenentur , iniungi potest , ne cum diuitibus , Auaritiæ præsentim deditis , habeant conuersationem , caueantque sibi ne pecunias & opes ab aliis possellas , intueantur , ne forte eas videntes , illarum cupiditate inflammentur . Interdum quoque pauperiorum , quam sint ipsi , domos ingrediantur , illorum necessitates & penuriam cognoscant , & si possant , opitulentur . Item , vt aliquam in die ,

DE INSTR. CONF. CAP. XXV. 139
vel hebdōmade horam, in opis & in
cruce nūdi pendentis, Christi Domi-
ni nostri, paupertati meditandæ im-
pendant, quæ fuit omnium pauper-
tate maior. Omnes hæc pœnitentia,
etiam utilia sunt & opportuna re-
media, ad huius peccati seruitutem
miseriamque effundam.

CAPUT XXV.

*Quæ remedia contra Superbiam sint ad-
bibenda. Item de pœnitentia à Confessio-
rio pro eiusmodi peccato iniungendis.*

Tertius hostis noster diabolus est,
qui præcipue nos de Superbia
tentat, eaque nos inflat. Quæ, Scrip-
tura teste, fons est omnium peccato-
rum Propria, quæ Confessarius huic
applicet, remedia sunt speciales con-
siderationes frequentes, quibus ho-
mo miseram suam conditionem &
statum potest agnoscere: cum Super-
bia nihil aliud sit, quam inordinatus
oppetitur & cupiditas propriæ ex-
cellentia & preeminentia.

Eccles.
10.

Quamobrem illi primum exponat,
quid homo sit: quod ad corpus qui-
dem attinet, ex misera, sordida &
summè auersanda materia primum
coagmentatus. Tam verò, sterorum
faccus, squalore & immunditia re-

fertes. Ineditæ ac siti, calori ac frigori, morbis omnibus, & ærumnis; & tandem quoque morti subiectus, & post hanc, esca vermium futurus. Animam si spe&tes, scatet hæc omnibus etiam vitiis, errore & ignorantia; innumeris malis affectionibus, timore, sollicitudine, mœrore anxia: & quod peius est, omnibus peccatis, quæ perpetravit, onerata; quæ magis illam, quam res omnes aliæ euerunt, & in perniciem trahunt. Quis quis igitur sic esse compositum se agnoscit, quanto potiores dignioresque causas inueniet, ut seipsum pudeat, paruique faciat, quam ut arrogantia efferatur?

Deinde cogitet, hominem, quamvis alio nullo malo grauaretur, quam sola Superbia, nihilominus hanc vnam ob causam fore miserum, contemptu, & odiosum apud omnes; præsertim apud Deum, qui ut scriptum legimus, Superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Quod exemplis pœnarum docere possumus, quibus crimen hoc initio mundi, tam in Angelis, quam in hominibus vindicauit. Et si nobis

Iacob.

4.

I. Pet.

5.

Isa. 14.

ad fugiendum hoc peccatum, abunde exemplo possit esse ruina Luciferi,

qui propter hoc in abyssum gehennæ præcipitatus est: quanto magis auer-sabimur illud, repetitis in animo no-stro tot aliis exemplis, quæ in Sacris litteris commemorantur, eorum pre-cipue, quos Deus ob hoc peccatum, in hac etiam vita, seuerè grauitérque puniuit, ut Saulem, Roboam, Nabu-chodonosorem, Antiochum, aliósque plures.

Tertio secum expendat, quam be-nevolum, & amicum se Deus humi-libus exhibeat, variaque & magna dona concedat. Id quod singulariter in laudatissima Virgine Maria spe-ctari potest, quæ propter excellen-tiem suam humilitatem adeo exaltata fuit, sicut in hymno suo, *Magnificat*, &c. ipsa confitetur. Multoties in Euangelio reperitur, humiles exal-tandos esse: superbos verò, deprimendos & confundendos. Quemad-modum montes Gelboë, qui neque diuinę gratię, rore neque diuini fa-uoris benevolentię pluuiā debebant irrigari & perfundi.

Quarto recordetur, quam res om-nes huius vitæ, de quibus mortales tantopere exultant & gloriantur, ut honos, favor, nobilitas, pulchritudo,

1. Reg.
15.

3. Reg.
12.

Dan. 4.

I. Ma-chab. 6.

& 2.9.

Luc.

14. &
17. &c.

diuitiæ, &c. vanæ sint, inconstantes, & caduceæ, & veluti fumus, euaneſcentes. quamobrem inane est, & ſuperfluum, de hoc ſe iactare, quod à leo caret omni fundamento, & instabile est. Si vero vana gloria, ex aliqua virtute & gratia, qua præditus eſſet homo, aut ex bonis operibus, quæ feciſſet, proueniret, memincit, hęc omnia ſe à manu Dei accepiffe, nihiloque magis hinc ſibi gloriandum eſſe, ac ſi illa non haberet. Idque hanc etiam ob causam, quod, dum illa venit, magnificéque oſtentat, iis priuari poſſet, atque ſic in maius dedecus & damnum incideſſe.

Hęc B. Apostolus conſiderabat,
I. ad Cor. 4 cùm diceret: *Quid habes, quod non accepisti! si autem accepisti, quid gloriaris quifī non acceperis?* Cogitet etiam, quod alij, quibus anteponit ſe, prædicti ſint aliis donis & virtutibus, quas ille non cognoscit, & quæ ſunt ſuis maiores. Præterea quod bona opera, quæ ſe feciſſe putat, adeo ſint imperfecta & contaminata, & (veluti Propheta loquitur Isaías) *quasi pannus menſiuatæ*, vt ob ea deſtinctio magis affici, quā gloria poſſit.

Quinto, ad hanc tentationem ſupe-

randam, utile fuerit animo percur-
rere tam varia humilitatis exempla,
quæ Sancti ministri Dei nobis reli-
querunt. Et præcipue quidem quæ
nobis à Sancto sanctorum data sunt
per omnem vitæ cursum: in Natiui-
tate, in moribus & conuersatione
sua: in lauanda suorum discipulorum
pedibus, inter quos veluti minister
vinxit: ac tandem usque ad mortem
crucis se humiliauit; ut merito di-
cere potuerit: *Discite à me, quia mi-
tis sun & humili c rde.*

Has aliasque similes consideratio-
nes prudens & discretus confessarius
commendare pœnitentibus potest,
cum à tentatione huius criminis op-
pugnantur. Quibus multa alia pro
exemplis, ex Sacris literis, aliisque
libris deprompta, possunt aptè ad-
jungi.

Pœnitentiae talibus imponendæ
sunt: quandoque se in humilitatis
actibus exercere, simplicioribus &
vili bus se adiungere, infimo loco
accumbere. Item, hospitalia visita-
re, pauperibus & xgrotis ministrare,
cibum porrigere, lectos sternere,
immunda loca & vasa purgare & la-
uare: aliisque eiusmodi vilia & con-

Ioan.

13.

Ad

Phil. 2.

Matth

II.

temptibilia ministeria obire. quibus autem publice talia facere displiceret, iniungat, vt illa minimum in ædibus priuatis exequantur. Item, quando soli fuerint, vt humi se sternant, sibi metipſis conuidentur, & probra ingerant, vt B. Franciscum maioris humilitatis ergo, factitare solitum in eius vita legimus. Alias iubeat, vt Rosarium dicant, humi cumbantes, aut flexis genibus innixi : & ad vnamquamque Orationem Dominicam, Angelicamque salutationem, terram osculentur. Hæc similiaque exercitia, cum valde sint pœnitentiis illis apta, & præcipue Superbiæ, possunt etiam remediorum & curacionum vice, ab eiusmodi peccato immitis & oppugnatis applicari.

C A P V T X X V I .

De Remediis & Pœnitentiis ad Inuidiæ peccatum pertinentibus.

Nec minus in consulo ac intelligente Confessario requiritur, vt de peccato Inuidiæ confitentes examinet, potissimum quos de Superbia suspectos habuerit. Nam si cuti crudelis & abominandus ille Satan omnium maximè Superbia tumerita summe liquidus est: cuius Inuidia,

reſte

teste Scriptura , Mors introiuit in orbem terrarum. quamobrem, quos ad Superbiam incitat & pertrahit, eosdem Inuidia pariter inflammatis seducit : quæ est dolor ac mœror ex aliorum secundis rebus & profectu , grauissimumque ac modis omnibus detestandum crimen , vt pote quod Charitatí, omnium aliarum virtutum principi, directè aduersatur.

Proinde remedium, quod Confessarius hoc morbo vitioque correptis applicare possit, optimum fuerit illud , vt ipsis tum magnitudinem ac grauitatem huiusc criminis , tum damna, quibus hinc,vnà cum corpore anima ipsa obnoxia redditur , ostendat. Inuidia namque se habet instar Coffi, vermis intra lignum nati, qui mox ipsum lignum, vnde producetus est, consumit. At cætera quidem peccata, quantumuis animæ perniciosa , carni tamen voluptatem quandam afferunt : at miserandum hoc vitium exedit ac diseruiat pariter corpus & animam, tandemque ex pœnis his temporalibus ad sempiternas abripit. quæ vecordia possit igitur excogitari maior, quam quod homo dedita opera, peruersaque vo-

luntate seipsum torquere , citrāque
omnem fructum & utilitatem, hic in-
cipere cupiat, vt infernum experia-
tar, in quo per omnem æternitatem
sit permanens? Ecquis homo nisi
planè mentis inops) nulla necessitate
eogente , præsentis , & futuræ vitæ
gaudio se priuet,& optione data,præ
hoc aut illo se malit infelicissimum
esse?

Quin etiam exponat illi, quām In-
uidus fit amenti & furioso similis, qui
se propriis dentibus lacerat ac dis-
serpit : & quo sua laxione sibi magis
nocet , mortisque periculo propin-
quiор est, eo plus ridet , maiorēmque
lētitiam præ se fert. Et quoniam pec-
catum hoc è Superbi a nascitur (Su-
perbus enim , cum superiores alios
aut sibi æquales, ægre ferat, ab Inui-
dia & mœrore occupatur , quoties
alios in aliquibus antecellere videt)
remedia contra Superbiam compa-
rata, possunt aduersus Inuidiam quo-
que adiumento esse. Noueritque con-
fessarius , quibus ex illo genere in
casu hoc vtatur , & vt Pœnitentem
instruat, ne suos affectus amoremque
in huius mundi bonis collocet , quæ
misera sunt, ac per se minimè suffi-

DE INSTR. CONF. CAP. XXVI. 147
cientia: quæque ab aliis possessa, aliis
necessario deesse debeant: verum po-
tius amore spiritualium ac cœlestium
bonorum flagret, quæ nullus præri-
pere potest, aut impedire: quod eæ
ex æquo possint omnibus esse com-
munia, quantoque maior est iis fru-
entium numerus, tanto vberiore læ-
titia & beatitudine separatim quis-
que abundet. quo efficitur, ut Inui-
dix locus ibi non sit ullus.

Habebit & hoc remedium vim, si
consideret, Inuidiam eiusmodi esse
vitium, quod abiectis, pusillanimis,
& obcæcatis congruat. Inuidus enim
existimationi suæ ipse derogat, cum
sibi persuadet, quod ab aliis excell-
entia- & felicitate superetur, non
sperans nimirum, ad bona tanta se-
peruenturum, quibus alii sint prædi-
ti. quare dolet, quod iis illi fruantur.
Obcæcatur etiam Inuidus. Nam cùm
eiusmodi bona sibi comparare posset
si possidentibus ea collataretur, per-
dit ea mœdere ac liuore suo: cumque
in sua manu habeat, vt omnia sibi
prospere cedant, contrarium ample-
ctitur, efficitque vt in tabem ver-
tantur ac venenum.

Postremo, potest ei hanc quoque
G ij

contemplationem remedij loco proponere, ut expendat secum, quam hoc peccatum cum lege naturæ pugnet, quæ præcipit ac docet, ut quod nemo sibi fieri velit, hoc alteri non faciat. Et quia Liuidus nollet alios de suo bono tristari, sic neque ipse ex aliena prosperitate mœrore debet affici.

Cogitet item, quâm multæ variæque res, ad nos mutuo amandum, aliorumque felicitati ac saluti congaudendum, & gratulandum, incitare debeant, quas D. Paulus enumera-
d E-
*ref. 4.*rat. **Omnium nostrum est una fides, unum baptisma, unus Deus, & pater omnium, unus Redemptor, qui uno eodemque precio nos mercatus est. Omnia est una mater, Sancta Ecclesia: omnesque secundum carnem descendimus à protoplastis parentibus Adamo & Èua; & omnes unam in Beatitudine mercedem speramus. Tam multis igitur causis Concordia & charitatis existentibus, nec equum est, nec ferendum, ut Odium Invidiæque regnent: siquidem ea res à superioribus causis admodum discreparet.**

Ceterum Pœnitentia, quas infectis

hac labe Confessarius potest iniungere, quæque ad extirpationem illius aptæ sunt & efficaces, hæ fuerint. Ut Rosarium orent pro eis, quos odio, malignitate ac Inuidia prosequuntur: dēntque operam, ut de eis omnia bona etiam coram aliis loquantur; ipsosque vbicunque deprehenderint accusatos, aut malitiosè traductos, quam fidelissimè possunt, excusent: vtque visitent eos quandoque, cum illis colloquuntur, aliōc officij genere ipsis gratificantur. Adhèc præcipiat illis aliquoties, ut oculis animi Christum ligno Crucis affixum intueantur, qui pro crucifigentibus se orauerit, ac sanguinem suum effuderit: cogitentque eum, erga quem tantum odium & inuidiam exercent, etiam de numero esse, eorum, quos sanguine suo Christus asperserit & expiarit. Hec omnia quavis initio, velut hypocrisi quadam simulatōque & inuito animo fiant postea tamen eiusmodi difficultas cœssat, & fructus utilitásque deprehenditur, quam ex vi quisque, aduersu seipsum illata, lucrificerit ac parat.

*Quæ Iracundis adhibenda remedia, ac
Pœnitentia. Item de Homicidio.*

Alterum peccatum, ad quod arrogans Dæmon impellere solet homines, est Ira, quæ si modum excedat, haud leue crimen est, & longè à mansuetudine remotum, quam nobis Christus commendauit, ut eam à se disceremus. Quamobrem confessarium bene edoctum & instructum esse conuenit, vt aliqua remedia contra vitium hoc illis applicet, quos in illud propensiores, ac sèpius impingere solitos esse, compertum habuerit: quales fere Principum & Magnatum, & Iracundiæ obnoxiorum personæ sunt, quibus dicendum nonerit, quod ipsi conscientia sua teste fatebuntur.

Primo quām sit à ratione prorsus alienum, vt irascatur homo, & alterum cupiat aliquo malo afficere, qui secum generis eiusdem sit ac formæ; cùm cætera animantia, quantumlibet ferocia, non exardescant ira, neque lèdent sibi similia, eandémque naturam participantia. Quod hominem facere multo magis dedecet, cum absque armatura, aut instrumen-

DE INSTR. CONF. CAP. XXVII. 151
tis, quibus natura cætera animalia
instruxit, quo minùs nocere posset,
natus sit. Deinde reputent mala, quæ
ex immoderata ira solent iratis in-
ferri. Nam turpis efficitur in vultu
& gestibus iracundus; balbutit ac
perplexus hæret in sermone; ratione
destituitur iudicioque in omni re, ut
que seipsum refrænet, & coercet,
inutilis redditur: denique contem-
ptui est aliis, quibus taxatio est, & of-
fendiculo. Quis igitur à tanto pec-
cato sibi non caueat, quod hominem
tantopere despiciendū facit, aliósque
mirum in modum offendit ac lædit?

Tertio iubeat, ut Pœnitens, cum
iratus fuerit, ob aliquod inique fa-
ctum dictumve sibi, paululum se con-
tineat, propriosque defectus, & ad-
uersus Deum commissa, secum por-
deret: quibus agnoscat, multò peiora
se commeritum, quam quæ modò pœ-
titur: & quod fortasse Deus hæc ac-
cidere sibi permiserit, ut ad conscienciam
suum redeat, pœnasque det, ac
deinceps à delinquendo sibi temperet.

Quartò, cogitandum hoc illi præ-
cipiat, quod quamvis Iracundia fræ-
na relaxare, vindictamque vellet ex-
petere, tamen hoc citra grauem suam

ipius lesionem fieri non posset: ideoque magnam fore dementiam , sibi met calamitatem accersere longe grauissimam , vt alterum , à quo sit offensus , modico saltē damno vescatur.

Quintò, consilium det ipfi, quoties ab ira abripitur , vt memor sit immense Christi Seruatoris nostri patientię , qui conuitiis affectus, omnibusque probris turpiter laceſſitus, nulla tamen in contumeliosos conuitia regessit. Cumque dolores tam multos ac tormenta, licet innocens , experiretur nihil tamen minatus est, aut questus. Si pœnitens in speculo tam lucido ſeſe contempletur , eum ſuę tantę diffimilitudinis pudebit.

Sextò, exhortetur cum, vt, vbi ſeſe excandescere ſenferit , iram intra ſe refrænare compesceréque ſtudeat , neque foras emittat. Abscedat etiam ab iis , in quos iracundus debacchatur, intentusque negotiis aliis vacet; aut ſeſe Deo commendet, vſque dum, quę exarferat ira , defervuerit Hac enim ratione fict , vt ex ſua ipſius compressione , coactaque irę continentia , magnam poſtea delectationem capiat; quia nimitem opere aut

DE INSTR. CONF. CAP. XXVII. 153
verbo nihil admiserit, quod alioquin
iracundiæ motu perpetrasset.

Verum quoniam dicta iam reme-
dia, maximè inferuiunt, cum qu-
erga alium fuerit exacerbatus; con-
modum erit, si & alia quædam addi-
mus, usi futura, quoties alterius
indignatione molestatur quispiam, n
consimiliter in iram eiusmodi impin-
gat. Primo, det operam, ut cito a
oculis irati se subducat. Secundo,
commodè non possit, conetur bonis
verbis & mollibus itatum demulce-
re ac placare. Nam, ut Sapiens ait,
Responsio mollis frangit iram. Tertio, Proxi-
mè neque hoc locum habeat, ad silen-
tium confugiat, donec alter bilem
decoixerit: & cogitet, in iratis cere-
brum esse de suo statu motum; ideo-
que ad commiserationis affectum
impelli debere. Quarto cogitet etiā,
quod, quemadmodum non irascere-
tur, si alterum ægrum grauiter sau-
ciūm, arthritide, aliye morbo seu
incommmodo corporis afflictum cer-
neret, sed potius misericordia mo-
tus, illi condoleret: haud aliter fa-
cere debet, si alterum ira videat op-
pressum, quæ, ut communī fertur
prouerbio, nihil est aliud, quam
brevis insania.

G v

Pœnitentiæ illis iniungendæ , quæ
 peccato eiusmodi succubuerunt ,
 ex quoque fuerint , quas in præce-
 denti capite percensuimus de Inui-
 via : videlicet , ut oret pro ipso , quem
 offenderit , ipsumque meritis ac be-
 neficiis prosequatur , ut offensas be-
 nefaciando compenset ac supereret :
 sitque beneficentia , velut igniti car-
 bones , quos super caput eius con-
 gerit . Hæc iusta est , sanctaque vin-
 dicta , ad quam B. Paulus nos cohori-
 tatur . Potest & iniungi Pœnitenti , ut
 interdum scipsum verbis ludificet , &
 conuictiis lacefset : idque , ut hac ra-
 tione tum se humiliet , tum astuefa-
 ciat , ut si quando scommatis , & con-
 tumeliosis dicteriis excipitur , hoc
 fibi minimè nouum aut insolens vi-
 deatur . Quemadmodum antea de B.
 Francisco meminimus , quod sæpenu-
 mero semetipsum verbis ignominio-
 fisi affecerit , & data opera aliis se
 impetendum exposuerit .

Quoniam vero Sathanicus hic ar-
 dor iracundiae sic effervescit ac gli-
 scit , ut à verbis ad opera , & ad ho-
 micidium usque prodeatur , non su-
 percedebo , quin huc adnotem , quo
 a dō , si t alē quid usu venerit , Con-

DE INTR. CONF. CAP. XXVII. 188
fessarij se gerere meminerint. Itaque si contigerit, ut Pœnitens in tam enorme crimen, quale est homicidium, prolapsus fuerit, Confessario incumbit primum, ut videat, an eiusmodi hominis absoluendi autoritatem potestatem habeat (nam solent Episcopi in suis Diœcesisibus causas huiuscmodi sibi reseruare. Quod si non habeat eam facultatem, nauet operam, ut consequatur, aut ut eam pro se Pœnitens obtineat: alioquin aliò eum ableget.

Si tamen quocunque tandem modo plenariam hanc potestatem impetrasset, pœnitenti prius enormitatem criminis exponat, quod Sacra Scriptura, sanctique Canones ^{i. p. 40.} Decr. adeo detestantur, & in quibus tot Dist. comminationes contra homicidas ^{50.} leguntur: Inculcit quoque, quantopere sanguis, quem effudit, aduersus eum vindictam clamet, perinde ^{Genes.} ut sanguis Abel contra fratrem Cain. Quare necessarium esse ut Dominus contritione & satisfactione debita placetur: ac insuper quam fieri potest liberalissime peusetur damnnum, quod hinc uxor, liberi, parentes, & heredes occisi percep-

perint, de quibus omnibus plena i-
nstrutio est facienda. Et si non plena
fieri damni possit restitutio, fiat pro
modo facultatum. Quod si nullas,
penitus habuerit opes Homicida,
satisfacere conetur in propria per-
sona, sic ut iis quibus satisfacere de-
bet, seruiat, adiumento sit, & utili-
tati in quocumque casu poterit. Si
verò non reperiatur quisquam, cui
hoc modo satisfactio debita possit
fieri, præcipiat illi confessarius, ut
magna sollicitudine & cura interfe-
cto satisfaciat. Precetur Deum pro
anima ipsius: & ubi licebit, aliquot
Missas pro salute ipsius celebrandas
curet. Quin aliquoties etiam hac in-
tentione Sacram Communionem
adeat. Qui omnia prudentissimè etiā
exequetur, licet Hereditibus satis-
cisset.

Eadem planè satisfactio requiri-
tur ab illo, qui aliquem verberibus
claudum fecisset, aut membro ali-
quo mutilasset, licet mors non sub-
secuta esset. Obligatur enim quan-
tum in se, ut allatum damnum satis-
factione exequet. Si Pœnitens igit-
ter huiusce facinoris reus ad satis-
faciendum sit paratus, absoluat eum;

DE INST. CONF. CAP. XXVIII. 157
fini minùs, nequaquam tenebitur ab-
solueret.

Pœnitentiæ grauibus huiuscemo-
di peccatis imponendæ sunt: Ut lon-
gè peregrinetur, idque vel absque
viatico pecuniave, vel cum ea, que-
madmodum Caino Deus in fraterni
homicidij detestationem faciendum
præcepit: vt operam suam collocet
in sepeliendis mortuis, & visitandis
captiuis: vt ad hospitalis alicuius
ministeria sese addicat, aliis que siue
spiritualibus, siue corporalibus mi-
sericordiæ operibus vacet. Interim
quoque oret, communicet, ac sacra
facienda pro eo, quem trucidauerit,
vel leserit, procuret, Admonendus
etiam Confessarius, quòd etiamsi ab
homicidij peccato absoluat; tamen
nec dispensare possit, nec absoluere
ab Irregularitate, quam crimine
hòc incurrit: nisi specialem à Sum-
mo Pontifice facultatem obtinuerit.

Genes.

4.

C A P V T X X V I I I .

*De remediis ac Pœnitentiis pro grā-
uissimo maledicendi iurandi
peccato usurpandis.*

PRæter alia mala, quæ ab Iræ
peccato deriuantur, haud mini-
mum est illud, abominandum vide-

licet maledictionis, & in Deum blasphemiae peccatum, verè infernale, & diabolicum; crimen, inquam, quod Sathanas in mundum introduxit, apud quasdam præsertim nationes & populos. Quamobrem, quò detectabilius ac pestilentius hoc crimen est, eò conuenit accuratiores, magisque sollicitos esse Confessarios in illo exquirendo, necessariaque curatione pœnitentibus adhibenda, eis qui ad crimen illud proni sunt, quos instructiones & meditationes huc à nobis afferendæ magnopere iuuabunt.

Ac primùm Confessarius pœnitenti suo declaret magnitudinem huius criminis, quippe quod ex gravissimis est, quæ aduersus Deum possunt admitti, & species Infidelitatis quedam, ut S. Thomas aliique Doctores scribunt; probantes illud esse grauius etiam homicidio. Quæ res profectò magnum terrorem debet incutere, huius mali sibi conscientia firmumque in ipsius animo excitare propositum, nonquam deinceps in illud iniungendi. Nam si formidabile est hominem intueri, qui uniuersa dumtaxat homicidium perpetravit.

2. 2.

q. 13.

ar. 1.

trauerit : quantò plus horroris afferret, qui adeo multipliciter ac grauiter abominandas maledictionis voces iactarit, quo multò vehementiori peccato se obstringit, quām si homicidia totidem peregisset?

Secundo loco doceat illum, quām sit iniquum hoc peccatum, contra que omnem rationem. Quid enim cum æquitate, rectaque ratione magis pugnat, quām si homo, propter iniurias & offensas ab aliis acceptas, Creatori suo maledicere non vereatur, cumque blasphemare, à quo tam varia multaque beneficia percepit, ac etiamnum percipit, ob quę totis animi viribus eum laudare deberet, ac diligere?

Tertiò, declareret illi, hoc peccatum non tantūm graue & iniquum esse, verūm etiam omnium inutilissimum. Nam neque animę fructum ullum, neque corpori affert; nec emolumentum aliquod lucrumve importat; nec ullam voluntatem conciliat. Quinimo plerisque valde noxiūm est, vt facile secum quilibet estimare potest. Ex quibus manifestum euadit, illud omnibus modis esse fugiendum.

Quartò Satanicum hoc peccatum plenissimum scandalis est. Etenim vix aliquem adeo infamem, aut impium Christianum, adeo ab omni charitate ac timore Dei alienum reperire est, qui non offendatur, ac doleat, audiens in Deum & Creatorem suum iactatas adeo diras voces, & horrendas blasphemias. Quid quòd non modò Christianis, verum etiam Turcis & Ethnicis hominibus talia sunt offendicula, magnoque horrore, cùm audiunt, vel persentiscunt?

Quintò crimen hoc abominabile non caret magno periculo. Nam præter dirissima tormenta & pœnas, quibus Maledici, & in Deum blasphemi, apud inferos cruciantur, non raro tales etiam Deus in terris, grauissimè punit, & affigit: quemadmodum Sennacheribum, propter cuius blasphemias vna nocte totus eius exercitus, hoc est, centum octoginta quinque millia viorum deleta sunt, ut Sacris literis

4. Reg 19.

Nim. 14. &

16.

proditum est. Ac simile quid Israë litis accidit, qui contra Moysen-Dei personam vicesque gerentem, murmurauerantur. Ac de multis,

DE INSTR. CONF. CAP. XXVIII. 161
grauibusque pœnis apud probatos
historicos legimus , quas priscis
temporibus Deus immisit ideo in
orbem ; (sicuti nostro quoque seculo
lo stupendi casus enenerunt) & cri-
men hoc seueris castigationibus est
vindicatum quas admodum fuerit
vtile Confessario notas & explora-
tas esse , ut eas Pœnitentibus in hunc
finem enarret.

Sextò , admoneat ipsum de dili-
genti fuga omnium occasionum , qui-
bus antea senserat in hoc peccatum
se delapsum esse . Præcipue tamen
sibi caueat à lusu , qui præter alia
multa incommoda , quæ secum af-
fert , plerumque huius etiam detec-
stanti criminis Lusoribus ansam
porrigit . Nec minori studio vitet
consuetudinem supercucaneè & in-
utiliter , nullaque legitima de causa
iurandi : qua sit , ut minimo negotio
quis ad periuria blasphemiasque in
Deum pertrahatur .

Cæterum pœnitentiae accommo-
datæ huic vitio , quæque velut anti-
dota remedia que possunt aduersus
illud adhiberi , sunt hec : Primò , Ro-
sarium Beate Virginis recitet , ac
ad finem cuiusque Orationis Do-

minicæ, aut Angelicæ Salutationis, terram deosculatus, dicat: *Gloria Patri & Filio, &c.* aut, *Benedictus Deus & Maria.* Próque maledictionum & iuramentorum numero Rosarij preces conueniet iterari. Poterit & hoc admoneri, vt lingua signum Crucis in terra faciat, quò membrum, quod maledictionis instrumentum fuerat, hoc pacto castigetur.

Item vt multas laudes quæ de Christo eiusque Matre dignissima passim scriptæ leguntur; Litanias etiam de nomine Iesu & B. Virginis cum precibus aliis dicat. Quod si hęc habere aut reperire nequeat, aut legere nesciat; sępius repetat secum, Deo sit laus, honor, & benedictio, aut quouis alio pro denuo tione sua modo; vt habitum sibi & consuetudinem Deum laudandi comparet, quem suis antea blasphemias de honestárat.

Ac vt in posterum cautior prudenterque reddatur, ne in maledictiones eiusmodi prorumpat, consultum fuerit, vt iniungat ipse sibi pœnitentiam, eo fine, vt quoties in idem detestabile peccatum relapsus

pro consuetudine postea fuerit, sua sponte mox pœnitentiam faciat; qualis esset, os suum vel pectus ferire, terram osculari psalmum aliquem, vel saltem Orationem Dominicam, & Angelicam Salutationem recitare; Eleemosynam largiri, se flagellare, item iejunare: eodem die ad Confessionem accedere, aut aliquid facere, quò magis capiatur, promoveturque deinceps ad maiorem non peccandi curam. Pœnitentiis iisdem similiter vtatur, quoties in occasiones inciderit, à quibus cauerre sibi debuit, vt in primis à lusu & iuramentis, sicut à nobis dictum est.

Ne autem Pœnitens perficiendæ pœnitentiæ, qua sanari potest, forsan obliuiscatur, iubeat, vt singulis noctibus aut horis vespertinis secum exquirat, an illius dici decursu in illorum aliquid impegerit: & si culpabilem se agnouerit, pœnitentiāmque neglexerit, antequam somno se dedat, pœnitentiam peragat; aut si tunc nequeat, sequenti die fiat.

Postremo consultum fuerit ei præcipere, vt non tantùm studeat sic se emendare, & ab hoc vitio ab-

stinere: sed operam & curam quoque adhibeat, ut quos audierit maledicos & blasphemos, humanitatem & commodis rationibus admoneat; id quod sibi aliisque ad magnam cedet utilitatem, & totum ad Dei gloriam & laudem.

CAPVT XXIX.

De instructionibus, quas Confessarius in dictis pœnitentiis & remediis assignandis, obseruabit.

CVm hactenus de remediis actum sit, quæ Confessarius Pœnitentiis, pro qualitate & modo tentationum, quibus notabit eos irritari & opugnari, potest impertiri (sicut & de pœnitentiis imponendis, posteaquam specialis alicuius peccatis conscientios esse testati fuerint) adhuc reliquum est, vt ad istorum instructionem & clariorem intelligentiam tradamus, quo pacto in applicatione usque horum, cum uno quoque peculiariter se gerere debat in numero, varietate & differentia eorum, que proposuimus, ne confusio perplexitasque oriatur.

Quamobrem animaduertendum, et si in superioribus capitibus multa diuersaque, tam communia quam

specialia remedia, peccato cuilibet assignato sint, non tamen omnia hæc remedia singulis pœnitentibus separatim debere proponi; (hoc enim prolixum nimis & laboriosum, tam Confessario, quam pœnitenti foret) sed ut in Confessionis progressu, ad peccati quo se commaculat, genus & qualitatem attendat; sicut etiam tentationum, quibus ille plurimum diuexatur, illique remedia duntaxat applicet, quæ peccatis ac temptationibus istiusmodi deputata sunt. Quod si tantum pœnitens in unum aliquod speciale peccatum inciderit, non infestatus ab aliis, satis erit isti peccato præscriptam, conuenientemque & propriam adhibere curationem.

Neque conueniet solemnes observationes ac medela, quas uni alii speciali peccato assignauimus peccato cuius indifferenter accommodare: sufficiet enim duas aut tres assumere, quas Confessarius opinabitur à pœnitente facilius posse capi. Sufficiet etiam quandoque una, cum præsertim pœnitens variis peccatis implicitus, ab omnibus pariter oppugnatur. Nam cum in hoc

casu ram differentibus peccatis
eque consulendum est, vnicum re-
medium singulis attribuere sufficiet;
ea tamen cautione, vt plura aduer-
sus illud afferantur, à quo vehemen-
tius quis fuerit impetus.

Quod idem volumus intelligi de
pœnitentiis, vt ne simul omnes im-
ponantur, quæ singulis peccatorum
speciebus assignatæ sunt; verum il-
larum quædam, plures paucioresve,
pro numero delictorum, quæ pœni-
tens admiserit. Observandum tamē
si in varia diuersaque peccata fue-
rit lapsus, vt aliqua ipfi provno-
quoque pœnitentia ex iis quæ ma-
xime naturæ istius peccati congruit,
iniungatur. Exempli causa: Inci-
derit in aliquod carnale delictum,
aut sit maledicendo prævaricatus;
tunc ei de pœnitentiis aliqua dabi-
tur, quæ in Capite de Luxuria tra-
duntur, & alia, ex Capite de Male-
dictione. Consimilis ratio de aliis
itidem intelligatur.

Sed meminerit Confessarius, vt
pro enormi peccato, in quo Pœni-
tens aliquando offenderit, plures
etiam pœnitentias imperet, vti dixi-
mus: & item remedia plura talibus

DE INSRT. CONFES. CAP. XXIX. 167
peccatis assignata adhibeat. Quamvis autem Confessarius non necesse habeat, ob iam dictas rationes, aliqui pœnitenti specialiter omnia remedia proponere, aut applicare: utile tamen imprimis erit ac bonum, ut omnia calleat, memoriaque teneat; sicutque in his & aliis multum exercitatus & versatus: & pro discrimine Pœnitentium, differentes & varias norit opportunè medicinas offerre: ut si vna minus proficua sit, sit altera ad manum: quemadmodum experti Medici, in diuersis morborum generibus facere solent. Ad hoc magnopere iuuabitur, si Tractatum nostrum de remediis Tentationum perlegat, vnde multa desumpsi: quæ summatim hic narrantur; in eo autem fusiùs tractantur, cum aliis pluribus remediis & exemplis, quæ, ut cognoui, multis adiumento fuerunt. Huic etiam scopo deseruit aliis noster libellus, qui Consolator cordium dicitur, aut alij de hac materia libri, quos forte facilius habere Confessarius potest, aut leget audiūs.

Quia tamen posset accidere, ut neque Confessarius, neque Pœni-

tens remedia tam multa ac varia,
quæ præscripsimus, commodè in
memoria retineret: magni referet,
eritque utileissimum, si Confessarius
posset efficere, ut ea typis haberet
excusa, præcipue quæ magis neces-
saria sunt; ut quæ sunt contra pec-
cata carnalia & blasphemias, aliá-
que id genus. Eiusmodi libellos Pœ-
nitentibus donare posset, pro cu-
jusque necessitate, præcipiendo il-
lis, imo pœnitentiæ loco iniungen-
do, ut aliquoties legerent, & pro
tempore & occasione vterentur.
Quod si Confessarij conditio non
ferret, ut libellos eiusmodi dona-
ret, curet saltem ut sibimet emant,
cum exiguo precio comparentur.
Etsi præstaret eos Confessarium ha-
bere, & loco muneris Pœnitentibus
erogare. Curandi modus esset hic,
si ad eiusmodi scopum & opus Ele-
emosyna aliqua, aut occultæ, inno-
minataque restitutions dirigeren-
tur.

Id si fieret, fructus & utilitates
variæ, ad utrumque, Confessarium
scilicet & Pœnitentem redundantur.
Ad Confessarium quidem, eò quod
facilius conscientiæ suæ satisfaceret,

quia

quia rem eò deduxisset, ut Pœnitens hæc typis eleganter mandata secum ipse legeret, quæ fortasse viua voce Confessarius exponere vel temporis angustia præpeditus non posse. Plùs etiam hauriret solatij Confessarius, quoniam viuæ orationis defectum hac via suppleret. Quin etiam his mediis plurium confessionibus vacabit, dum minùs temporis erudiendis Pœnitentibus insumet; dum quedā ore tenus, reliqua scripto tradet, ne omnia verbis declarare cogatur. Ad pœnitentem quoque magna deriuabitur hinc utilitas pluribus de causis. Primum, quia labore & molestia leuabitur. Nec enim tam diu cogetur sedere flexis genibus, eaque audire, quæ postea legeret potest commoditate meliore.

Deinde quamuis oblitus eorum quæ dicta sunt (quod sæpe continet) ea postea tamen legendo in memoriam reducit; ac insuper intelliget plerique etiam non audita.

Tertiò, libellus hic de remediis à Confessario commendatus, admonebit eum, vt quæ pollicitus est, exequatur: eritque illi incitamento, & calcar addet, vt in recta via

progrediatur.

Quartò, pars ea Pœnitentiæ, quā hæc remedia perlegendō expediuerit, est illi futura instar medicinæ, & magnopere salutaris : eamque maiori voluptate, & oblectatione adimplebit, id quod permagni refert.

Quintò ac postremò fiet, vt Pœnitens hac ratione non sibi modò, sed aliis etiam permultis auxilio possit esse, cum quibus hæc remedia & instructiones communicarit; libellum legendum ipsis exhibendo, aut prælegendō, potissimum quando Confessarij consilio & instinctu hoc fecerit. Et quamuis Pœnitens legendi fuerit ignarus, à Confessario nihilominus iniungi potest ei, vt hunc libellum semper ad manum habeat, & ab aliis perlegendum sibi curet; ex quare fructus etiam minimè pœnitendos, consequetur. Has aliasque plures Confessarius utilitates comperiet, si hanc inibit viam. Quamobrem adniti conueniet, vt eam probet, ac imitetur, cùm minimo presertim negotio illud fieri possit.

CAPVT XXX.

Quæ ratione cum Pœnitentibus agendum sit, qui Christianæ Fidei articulos ignorant, quos tamen scire omnino tenentur.

QUÆ superiori capite à me exposita sunt, admonuerunt me alterius cuiusdam difficultatis, magna que molestia, quam, qui hoc munus obeunt, experiuntur: cùm videlicet quod sàpè fit, ad Confessionem quidam veniunt, adeo rudes & crassi, ut de Christianæ Catholicaeque fiduci rebus, vix quicquam norint, adeoque sint Ethnicis Turcisque similiores, quam Christianis. Quæ res confessarios in maximas tricas, angustias & miseras conicit, cùm secum statuere nequeant, quid in hac sibi difficultate sit agendum.

Primum enim non fugit eos, quod à B. Petro Apostolo dicitur. *Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ est in uobis spe & fide.* Angelicus etiam Doctor S. Thomas docet, Christianos omnes obligatos esse; ad habendam explicitam & expressam fidem omnium

I. Pet.

3.

2. 2. q°

2. 2r. 3.

articulorum fidei Christianæ; eorum
præsertim, de quibus Ecclesia Ca-
tholica peculiaria Festa & Solemni-
tates anniversarias instituit. Atque
hæc communior est Summi starum
& Theologorum Scholasticorum
opinio.

Deinde clarè videtur, quod rude
vulnus fidem nullam habeat expre-
sam & explicitam, non tantum di-
ctorum articulorum omnium sed
nec ullius omnino. Et quod dete-
rius est, ex eis multi vix tantillum
habent cerebri, ut horum aliquid
addiscant, cum tametsi ad audienc-
iam Cathechesin veniant, ubi res
illæ docentur & exponuntur, nihil
tamē capiant omnino aut retineant,
nulliusque reddere rationem possint
interrogati. Non enim satis est
Symbolum Apostolorum recitare,
verba imperfecta & mutilata pro-
nunciare, multa saepius omittere, ac
more psittacorum absque intelle-
ctu quidpiam exprimere. Quid cum
talibus agas? Nam si absoluas eos,
atque in crassa ignorantia ac cæcita-
te sua immersos relinquas, pericu-
losum est, & communi Doctorum
doctrine sententia que aduersatur.

Entrà contrà tantam multitudinem
ope remediisque destitutam negligere,
cìque Sacra menta quibus cu-
rari debeat & sanari , non ministra-
re, miserandum foret.

Cùm ergo mecum serio perpen-
derem , quidnam cum hominibus
eiusmodi esset agendum, vt ipsi om-
ni modo consulatur ; occurrit hoc
modo capaces effici posse, ac præ-
cipuos articulos memorię illorum
infigi, in quibus maius momentum
est, vt eorum intellectum asequan-
tur , si eiusmodi articuli in charta
excusi, aut depicti represententur,
vt sic illis imagines conspectæ, loco
scripturæ aut litterarum sint. Nam
(vt vulgo dicitur, ac verum est)
Imagines sunt libri & scripturæ
Idiotarum.

Si itaque semel atque iterum eis
in charta proponatur imago; scili-
cet, Deus Pater : item Cœlum &
Terra : & primum articulum ea
designari in quo dicitur, *Deum Pa-
trem esse Creatorem Cœli & Terræ;*
multò facilius ea percipient ac reti-
nebunt, quam si sèpius illis oratio-
ne tantum viua inculcarentur. Idem
dico de secundo , tertio, alliisque

frequentibus Articulis, qui si semel
hoc modo illis expositi fuerint, ab
iisque perceptum, quid hæc imago
figurâve sibi velit; ipsimet deinceps
se in illis occupabunt, omniâque
faciliè intelligent, ac memoria re-
tinebunt. Atque hinc sequentes uti-
litates fructusque manabunt.

Primò, eiusmodi homines, quos
propter suam in discendo difficul-
tatem, adducere non licuit, ut hæc
docerentur, ista ratione ad discen-
dum facilimè inuitabuntur & per-
trahentur, cùm voluptatem ex hoc
discendi modo percipient.

Secundò, quæ per hæc media di-
sicerint, in eorum memoria impres-
sa seruabuntur, eorumque difficul-
ter obliuiscentur, vt iiii qui nudis ea
verbis tantum comprehendenterunt,
faciliè obliuiscuntur.

Tertiò, imagines ipsæ & figuræ
propositæ ad pietatem & orationem
instigabunt; mysteria secum in illis
depicta meditantes; res vtique ma-
gni momenti,

Quartò, hac instruti ratione, do-
cebunt alios id genus homines, &
ad discendum permouebunt, enar-
rantes ipsis commoda, quibus hinc
perruuntur.

Quintò , modus hic non tantum
rudibus & impetiis , sed etiam iis,
qui in his versati sunt. Quos enim
legent Articulos, dum figuris ex-
pressos vident, arctius animo com-
prehendent , meliusque retinebunt.
Alias, utilitates (de quibus in præ-
cedentibus) hic prætereo, quas cū
aliis etiam sibi communes habent.
Ea de causa subter imagines & pi-
cturas, etiam Articuli ascribuntur,
vt qui legere nouerunt, eos legant,
vnaque pictos intueantur, atque sic
vtrinque iuuentur. Legendi vero
facultates destitutis, Imagines illæ
instar librorum erunt.

Ista methodus in præsentiarum
mihi occurrit , vt Simplici ac Idio-
tæ popello opis aliquid afferrem.
Et mihi quidem persuadeo facilem
esse speroque suo fructu non cari-
turam. Quoniam autem rebus pri-
mùm inuentis facile quid additur ;
cui expeditior eiusmodi homines
adiuandi ratio occurreret, appro-
bare promoueréque non desinat; id-
ipsum enim est, quod nostro seruit
instituto.

Ab his non videtur alienum sed
utile, si Confessarius iubeat, vt om-

nibus anni Festis, à Parochis suis
aut aliis, à quibus instrui posunt,
sciscitentur, quæ sit eius diei festi-
uitas. Quò fiet ut Articulorum, de
quibus toto anno feriæ sunt insti-
tutæ, non reddantur memores tan-
tum, sed necessariam etiam cogni-
tionem ac fidem assequantur. Hæc
itaque sit propositæ difficultatis
decisio. Cùm aduertet Confessarius
rudes illos & ignaros bonum habe-
re propositum, & promptam osten-
dere voluntatem prædicto aut alio
quouis modo. Fidei articulos addi-
scendi, iamque incipere intelligere;
quamuis adbuc fieret Minerua cras-
fiore, tamen eos absoluat: attamen
ea conditione, vt cùm ad Confessio-
nem proximè redierint, sollicitè
perquirat, an quod receperant fa-
cturos, opere compleuerint, & in-
de quid utilitatis hauserint.

Quòd si negligentes fuerint, aut
etiam intentionem inclinationem
que nullam ostinderint exequendi
sibi commendata, quò, ex tanta in-
scitia & caligine emergant; non ab-
soluet eos, opinione magis recepta
& certiore fatus, quæ hoc ratum
habet. Nam hi occulto quodam si-

cto ac virtuali contemptu, res eas
prosequuntur, quæ ad salutem fibi
necessariæ sunt, dum cognoscendis
illis animum non intendunt; id quod
ad Dei gratiam & Absolutionem
obtinendam, illos ineptos & indi-
gnos efficit. Ac forte si viderint se
illa priuari, cautiōres fient, iniun-
ctisque obtemperabunt: ita sensim
cogentur addiscere & cognoscere
ea, que cognitu sunt ipsis necessaria.
Porro figuræ competētes illis, quo-
rum suprà me minimus, adornari de-
bebunt, ut sequitur.

Primum sint omnes Imagines
eiusdem magnitudinis. verbi gratia,
ut foliolum ex quaternione, qui in
sedecim aut duodecim folia compli-
catur: quæ omnia in uno quater-
nione in duo decim partes distribu-
to possint excudi, ac illis distribui,
quæ vel parieti affigant, vel abscis-
sa aliqui libello inserant. Primæ
figuræ inscribetur Articulus primus
*Credo in Deum Patrem, Creatorem Cœli
& Terræ.* Parochus autem vel Con-
fessarius, qui Pœnitenti hæc donat,
ei debet in hoc Articulo primo
declarare paucis, ut credat, in es-
sentiâ Dœum esse unum, sed in Per-

sonis trinum; quas nominat, quoties S. Crucem format, ac dicit, *In nomine Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Præterea docebit ipsum, quod etsi tres Personæ simul, Cælum & terram, vñâ cum omnibus visibilibus ac inuisibilibus creauerint, Sancta tamen Ecclesia Catholica, Creationis hoc opus attribuat Patri certis de causis, quas ipsi declarare non est opus.

Addat hoc etiam, licet in hac & reliquis figuris conspiciant Deum Patrem formari corporeum, hoc ideo solum fieri, ut à rudibus comprehendendi possit: alioquin esse corporis expertem, neque visu perceptibilem, ut neque Spiritum Sanctum, sed Filium tantum, ut pote factum hominem esse corporeum. Et hinc præcipuum articulum Sanctissimæ Trinitatis, quæ tres personæ sunt, & unus Deus, ab Ecclesia celebrari Catholica, Dominicâ S. Trinitatis: eiisque voluntatem a se a traditionem, ut sciamus hoc & credamus.

In Imagine secundi articuli depingetur, quam politissimè fieri poterit, Saluator, ascriptis verbis;

Alter articulus, *credo in Iesum Christum, eius unigenitum Filium.* quem confessarius illi interpretabitur, quod nimirum Filius Dei secunda Trinitatis persona, salutis nostrae causa sit homo factus, & nominetur Iesus Christus, qui Dei Patris unicus est Filius, ac Dominus noster, ut qui suo proprio sanguine redemerit nos. Et huius per Imaginem Saluatoris recordabitur.

In figura tertij representabitur, Natiuitas Christi, cum hac inscriptione. *Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine.* Ad cuius Imaginis declarationem confessarius dicet, Articulum tertium fidei hunc esse, quod idem Filius Dei, de quo in articulo precedenti, sit conceptus per operationem Spiritus sancti, id utero Mariæ virginis, de qua etiam natus est; quæ tamen ante partum, in partu, & post partum permanserit virgo. Ac de illo, hanc Imaginem contemplatus, cogitabit. Articulum hunc, quod ad priorem partem attinet, nempe. *Qui conceptus est de Spiritu sancto, celebrat Ecclesia in festo Annunciationis Mariæ, qui dies est Incarna-*

tionis Christi. Alterius verò partis articuli, *Natus de Maria virginē*, memoria colitur tempore nativitatis dominicæ: Et huius sacro illo tempore meminisse debet.

In Imagine quarta Christus depingetur, mortuus in cruce pendens, addito hoc articulo; *Passus sub Pontio Pilato, Crucifixus, mortuus, & sepultus*. Et poterit confessarius ut hanc declaret figuram, paucis aperire, quę Dominus noster in passione sua peritulerit: quomodo crucifixus, mortuus & sepultus fuerit: & quòd hæc omnia nullius culpe reus innocentissimè perpessus sit, ut pro debit is & peccatis nostris satisfaceret. Estque articulus hic quartus, de quo semper cogitabit quoties hanc aut similem picturam aspicerit. quem Ecclesia præcipue recolit ipso Parasceues die. Atque tunc istud est meditandum: quamquam de hoc eodem quibusdam aliis etiam diebus in anno, eadē intentione mentionem facit.

Pictura quinta Resurrectionem Christi referet, additum habens quintum Articulum, *Descendit ad Inferos: tertia die resurrexit à mortuis*. Et quid innuat hæc imago, con-

feilarius exponet : nempe quod Articulus quintus fidei sit , Animam Christi sanctissimam, postquam fuit in Cruce mortuus , vnitam Diuinitati, *ad Inferos* , id est, ad limbum inferni descendisse , vt iustos & sanctos , inibi ab exordio mundi conclusos , liberaret. Ac, quomodo à morte sua , die tertio resuscitatus , ac per clausum sepulchrum , totus corpore simul & anima glorificatus , immortalis & impassibilis egressus sit. Huius Articuli memoriam celebrat Ecclesia maximè Paschalibus foriis, quibus huius rei non meminisse nefas est. Quin dies etiam Domini per annum sunt huius Articuli memoriae dedicati.

In Imagine sexta, Christi ad Cœlos Ascensio repræsentatur, ac præterea sextus Articulus, *Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.* Dilucidabit confessarius hanc figuram dicendo, Sextum articulum , quem tenetur credere, hunc esse, Quod Christus postquam surrexisset , quadraginta diebus , vi propria , totus triumphans, ad cœlos ascenderit , comitatus illis , quos ab inferni limbo vindicarāt; &

iam sit in cœlo, ad dextram cœlestis
sui Patris, hoc est, in æquali gloria,
potentia, & maiestate Patris. quod,
que possideat & fruatur omnibus
bonis, quæ possidet, quibuscum frui-
tur Pater : & quod omnia cum Pa-
tre administret. Ista ad animum re-
uocabit, in hanc figuram respiciens.
Articulum hunc celebrat Ecclesia
in festo Ascensionis Dominicæ, ac
diebus intermediis, usque ad Pen-
tecosten : quo tempore illud pia
memoria est recolendum.

In figura septima depictum sit
Iudicium Christi super uniuersum
orbem, unde cum septimo Articulo
Inde venturus est iudicare viuos &
mortuos. Utque declarat hanc pictu-
ram confessarius, narrabit, septi-
mum fidei articulum docere, Chri-
stum Dominum nouissimo die in fi-
ne mundi, è cœlis, ubi iam residet,
visibilem cum gloriofa humanitate
sua, magna cum virtute & maiesta-
te, circundatum ab omnibus Ange-
lis, venturum & iudicaturum omnes
homines, tam eos, qui illo temporis
articulo adhuc viuent, quam alios
ab initio mundi usque huc mortuos:
& daturum cuique mercedem Bea-

titudinis aut pœnæ, secundum opera sua. Hunc articulum Ecclesia commemorat altera Dominica Adventus: & tunc illius quisque potest esse memor.

Octaua pictura sit de Spiritu sancto, quo formari solet modo, cùm super Apostolos venit, addito hoc: *Credo in Spiritum sanctum.* Quam figuram confessarius explicet ita: quod octauus fidei sit articulus. Spiritum sanctum tertiam Trinitatis, de qua initio, esse personam: quodque sit idem Deus, qui Pater & Filius, æquè cum Patre & Filio potens & eternus; quem neque minus adoratione, amore, timore & honore prosequi teneamus, quam Patrem & Filium. Incorporum esse, & inuisibilem, perinde ut Patrem. Repræsentari vero ipsum hac forma qua in die Pentecostes super Apostolos aduenit, aut qua Christum, dum baptizaretur, obumbravit, videlicet Columbae specie. Cuius recordetur, quoties hanc figuram contemplabitur. Huius articuli meminit Ecclesia in solemnitate Pentecostes potissimum: quo tempore illum, sicut etiam cùm signo sanctæ

Crucis munit se, personamque sancti Spiritus nominat, meditando recollet.

In figura nona depingetur Ecclesia cum Papa supra illam; infrà aliquot fideles sete amplexantes, dominisque & muneribus se affidentes: ascripto nono articulo, *Credo unam sanctam Catholicam Ecclesiam, Communionem Sanctorum.* Confessarij est probè hunc articulum intelligere, ac interpretari, cum Pœnitenti hanc picturam donat. Dicet autem, nos in hoc Articulo confiteri, *unam Catholicam Ecclesiam*, hoc est uniuersalem fidelium congregationem, unicam propriamque fidem & doctrinam, eadémque Sacra menta habentium, *sanctam esse*, quippe quæ à Christo, suo capite sanctificata sit. Romanum verò Pontificem, ipsius in terris esse vicarium. *Catholicam etiam*, id est, *Vniuersalem esse*, quod intra se complectatur omnes fideles, qui in omnibus ubique locis, omnibusque temporibus equaliter Christianam hanc fidem tenuerunt Secundò fateri nos etiam per hunc Articulum esse in hac Ecclesia *communionem Sanctorum*, hoc est, eos,

DE INSTR. CONF. CAP. XXX. 18;
qui in hac sancta Congregatione
sunt, mutuò se inuare, interque se
participare dona & gratias, quas
cùm spiritualiter, tum corporaliter
recepérunt. Hunc Articulum cele-
brat Ecclesia feriis Cathedræ S.
Petri, in Ianuario & Februario. Et
huius tunc recordari quisque po-
test; sicut etiam Iubilæi aut Indul-
gentiarum diebus, quæ sèpenume-
ro pro viuis & mortuis concedun-
tur.

In Imagine decima píngi possunt
Sacerdotes aliquot, audientes con-
fessionem, & Pœnitentibus absolu-
tionem conferentes: adiuncto Ar-
ticulo decimo, *Credo remissionem pec-
atorum.* Id sic interpretabitur con-
fessarius, quòd in hoc Articulo con-
fitemur, in predicta Ecclesia pecca-
torum esse remissionem & indul-
gentiam, virtute & merito Passionis
Christi, & beneficio Sacramento-
rum, quæ Christus Ecclesiæ suæ re-
liquit, ac præcipue Sacramenti Pœ-
nitentiae. Et ab Ecclesia celebratur
hic Articulus, dum præcipit, vt
omnes fideles, vbi primùm per
statem & rationem possunt, quo-
tannis minimum semel, idque feriis

Paschalibus, confiteātur & communi-
cent. Et hujus memoriam quilibet
habere potest, cùm ad confessionem
& sacram Synaxin accedit.

Vnde cima figura sepulchra quæ-
dam contineat, vnde prodeat aliquot
viri & mulieres, partim formosi,
partim deformes: & ascribetur ar-
ticulus vndecimus, *Credo Resurrec-
tionem carnis.* Id confessarius declara-
turus dicat, Per vndecimum hunc
Articulum eportere credi, quod in
nouissimo Iudicij die omnes ab ini-
tio ad præsens usque tempus nati,
cum propriis corporibus à mortuis
excitandi sint: & sic excitati, ante
Christi tribunal apparituri, ut quis-
que recipiat in corpore suo bonum
aut malum, prout in vita sua ope-
ratus fuerit. Ideoque Electos cum
speciosis & splendidis corporibus in
vitam æternam surrecturos: è con-
trario damnatos cum turpibus cor-
poribus in Gehennam, pœnis ibi
sempiternis cum corpore & anima
discruicandos. Huius Articuli fit in
Ecclesia commemoratio die Anima-
rum: qui tunc utiliter admodum
potest expendi, sicut etiam quoties
mortuorum corpora sepulturæ man-
dariconspiciuntur.

In duodecima & ultima pictura representari Sanctorum gloria potest, quæ plerumque solet in tabulis iam depingi : iuxtaque scribatur Articulus duodecimus, *credo vitam æternam.* Hic à confessario doceatur, nobis in hoc Articulo credendum esse, quod post vitam hanc temporalem, alia sit, in qua Iusti post resurrectionem suam, cum corpore & anima regnabunt ; & lætabuntur ob eminentissimos thesauros ac summa bona, quæ nec lingua possit eloqui, nec intellectus comprehendere. quodque huius regni ac beatitudinis futurus namquam sit finis; Quemadmodum neque damnatorum tormenta ac pœnæ yllo tempore finientur, in quibus æternum permanebunt, neque mori poterunt. Huius Articuli memoriam Ecclesia seruat in omnium Sanctorum festo : in quo poterit utili meditatione recoli, sicut etiam specialiter in quovis alicuius Sancti festo.

FINIS.

111

M. FORNARIUS
 DE INSTITUTIONE
 CONFESSARIORVM.

TRACTATVS I.

De iis, quæ præstare debet Confessarius ante confessionem, in confessione, & post ipsam.

CVM totus hic libellus in tradenda ratione versetur animi curandi, ac salutari peccatorum expiatione sanandi, intelligat lector, solum de praxi iam dicta in eo agendum esse, non autem de casuum conscientiæ doctrina, quam in hac institutione statuendam potius esse duximus, quam inferendam. Obiter tamen interdum, cum res ipsa postulabit, aliqua attingam, & ex doctoribus scholasticis paucos afferam ex recentioribus, qui alios adducunt, & ab omnibus facile præ manibus haberi possunt.

*De iis , Confessarius prestare debet
ante confessionem.*

Confessarius, ut cum dignitate, & fructu munere suo fungatur, rectè perpendat, & intelligat oportet, quòd diuinissimum est opus, esse Dei ministrum ad reducendas animas ad suum principium, vt ait D. Dionysius lib. de Eccles. Hier. & gloriosum esse Dei coadiutorum, vt ait D. Bernardus ; atque hoc onus angelicis humeris formidandum maioris esse ponderis, quam ut propriis viribus ab homine sustineri possit, nisi diuina roboretur virtute, qua
Phil. 4 fatus Apostolus, omnia, inquit, possum in eo, qui me confortat; quamvis ergo nihil difficilius sit, quam obdurata hominum corda, terrenisque affixa emollire, atque ad Deum conuertere, diuini tamen Spiritus feruore, & ope id assequimur; ex quo profectò intelligitur, qua cordis puritate esse debeat confessarius, & quam Deo coniunctus: cogitet præterea pœnitentem, qui accedit ad confitendum peccata sua (quem etiam ipsius muneric erat querere quasi ouem errantem) à

Deo sibi missum; ut pretio sanguinis filij eius per sacramentum applicato, tanquam eius minister soluat, sanet, illuminet, a periculis eruat, & in viam salutis dirigat. Nec conturbetur quod aliqui nihil pro-
 ficer videantur: quia animarum ho. 10.
 conuersio, non ab hominis arte, vel *in epist.*
ingenio, sed ab uno Deo est: pro-*ad Heb.*
 pterea nos, qui firmiores sumus de-*Rom.*
 bemus imbecillitates infirmorum 15.
 sustinere, & non nobis placere: di-
 uinum præterea auxilium implo-
 rare, & patienter expectare:
 charitas enim patiens est, beni-
 gna est, omnia suffert, omnia credit,
 omnia sperat, omnia sustinet: qua-
 re tibi persuadeas accedere facile
 posse, ut is de cuius salvi nunc des-
 peras, sanctior te euadat, & in cœ-*Esaï.*
 lesti gloria præcedat: quia non est 59.
 abbreviata manus Domini: sed po-*Rom.*
 tens est iterum statuere illos. His 11.
 igitur cogitationibus incitati, hila-*Tit. 2.*
 res sacrum hoc munus complesta-
 mur, omnem ostendentes mansuetu-*1. Cor.*
 dinem, (ut D. Pauli verbis utar) 9.
 ac omnes homines, eramus enim
 aliquando & nos insipientes incre-
 duli, errantes, seruientes desideriis

& voluptatibus variis, atque omnia
omnibus facti, omnes lucrifacere
contendamus; nam ut ait Chrys. ho.

40. super Epist. 1. ad Cor. quo plu-
res socies quisque ducet in cœlum,
eo erit beatior: quod si ex sententia

1. Thes. non succedat, certò scimus non fore
3. inanem laborem nostrum in Domi-
no; imò pro Christo Redemptore

Chrys. laborare & pati, maximè mercedis
ho. 8. loco nobis esse debet, sed ut pro-
in Epi. prius ad rem accedamus.

ad E- 1. Cum præter scientiam, sigillum,
phef. prudentiam, & morum probitatem
requiratur in confessario potestas
tum ordinis, tum iurisdictionis,
quoniam est iudex in foro conscienc-
tiæ loco Dei constitutus, vide at in
Reg. primis, an sit ipse rite approbatus
Prou. ab Ordinario loci, & à N. P. Gene-
c. 3. §. rali, vel à P. Prouinciali per quos
26. Societatis nostræ privilegia nos co-
Cap. municamus. Item an pœnitens per-
Priu. tineat ad suam iurisdictionem, &
in Pro- quousque se extendat sua potestas,
œm. quoad casus præsertim reseruatos,
& censuras, votorum commutatio-
nem, dispensationem, &c.

Hen. 2. Ignorantes necessaria ad salu-
ri. L. 6. tem primum doceat iuxta ea, quæ
pos

INSTIT. CONF. TRACT. I CAP. I. 193

nos infra : vel mittat ad aliquem
instructorem: præterea si in princi-
pio confessionis animaduertat pœ-
nitenti deesse attritionem, adiuuet,
vel si est obstinatus, dimitat, Deo-
que commendet.

ca. 28.

Tract.

3. c. 9.

Infr.

tra. 2.

c. 17.

3. Videat an pœnitens se prepara-
uerit, vt pro qualitate personæ,
temporis, & aliarum circumstantia-
rum satis esse iudicauerit, de quo
Tolet. lib. 3. cap. 7.

4. Si accedat aliquis ipſi igno-
tus, interroget quampridem sit cō-
fessus, & an pœnitentiam in superio-
re confessione iniunctam impleuerit
& si fortè omisit, quam ob causam
omiserit. Ad h̄ec cum longa est con-
fessio, & personæ circumstantia re-
quirit, inuestigare expedit vitæ ge-
nus seu exercitationem, an retineat
ali ena, an occasionem habeat peccā-
di, an odia, vel inimicitias exer-
ceat, an inciderit in al quam cen-
suram, aut in casum referuatū, an
angatur scrupulo de præteritis con-
fessionibus, & similia, quæ impediunt
absolutionem: quæ si negatur post
auditam confessionem, dolorem af-
feret pœnitenti, & conturbationis
occasionem.

Henr.

I. 6. c.

29.

An. 3.

p. t.

14. c. 5. Pœnitentibus, qui timidi, vel
 18. §. 5. pusillo animo sunt, animos det, &
 Henr. ad fideliter confiterenda peccata sua
 L. 6. ca. horteur: vel ex eo maxime, quod
 31. Nu. salutare hoc remedium Dominus
 7. instituerit, quasi animæ ægrotæ me-
 Psalm. dicinam, paratus pœnitentem, ut
 102. filium prodigum recipere: nam
 Psalm. quomodo miseretur pater filiorum,
 35. miseretur timentibus sc, quoniam
 Augu. ipse cognovit figmentum nostrum:
 in eum & est suavis & mitis, & multum
 psal. misericors: pollicens non solum
 gratiæ, aliisque donis propter pec-
 catum perditis, illum restituere,
 sed maiora etiam addere; dummo-
 do cum debito dolore, & proposito
 emendationis confiteatur: quia
 Deo purissimo nihil est tam dignum,
 quam puritas, & purificatio, ut ait
 Gregorius Nasian. Ora. 3. Adiun-
 gat etiam consolationem ex Dei
 promissione, Ezechiel. 18. si autem
 impius egerit pœnitentiam, omniū
 iniquitatum eius, quas operatus est,
 non recordabor amplius. Et Mich.
 7. proiiciet in profundum maris
 omina peccata nostra. Item Isa. 1. Si
 fuerint peccata vestra ut coccinum,
 quasi nix dealbabuntur: ubi obser-

INST. CONF. TRACT. I. CAP. I. 195
uandum est dealbari peccata per
pœnitentiam, quia scilicet homini
iustificato præterita peccata decori
potius sunt, quam dedecori, ut
Tertul. 2. contra Marcionem. Con-
tra vero sine pœnitentia deceden-
tium peccata toti Mundo manifesta-
fient, cum æterna confusione, & pœ-
na: ut idem Tertul. notat lib. de
pœnitentia. Afferat item animum,
quod Christum Dominum, qui Iu-
dex est, habeat etiam Aduocatum,
ut 1. Ioan. capite 2. Si quis, inquit,
peccauerit, Aduocatum habemus
apud Patrem, Iesum Christum iu-
stum, &c. & Paulus ad Hebreos 7.
semper viuens ad interpellandum
pro nobis: idemque, ad Rom. 8.
Ac ibidem capite 5. ait, si cum ini-
mici essemus, reconciliati sumus
Deo per mortem filii eius, multò
magis reconciliati salui erimus in
vita ipsius. Atque ea propter D. Ia-
cobus, Confitemini, inquit, alteru-
trum peccata vestra. Addat præte-
rea quod cum posset Dominus iure
suo magis ardua iubere, solùm præ-
cipit confiteri peccata Sacerdoti,
qui sub secreto Sacramentali omnia
recipit, ac pœnitentem ipsius Dei

Cap. 5.

nomine absoluit, & humaniter tan-
quam Pater consolatur, & instruit.
lege plura infra tract. 2. c. 17. His
denique præmissis confessionem ag-
grediatur, benedicto primùm pœ-
nitente & dicto *Consiteor* aliâve ora-
tione, si initio hęc præstita non sunt.

C A P V T I I.

*De iis quæ seruanda sunt confessariæ
in ipsa Confessione.*

Tolet. 1. **C**Vret vt ipſi pœnitentes pri-
l. 3. ca. mūm dicant quæ memorię oc-
18. currunt, deinde cum opus est, con-
Henr. fēſſarius ſupplet iuxta ordinem de-
l. 6. ca. calogi, & p̄ceptorum Ecclesiæ,
28. §. p̄cipuè autem interroget circum-
4. ſtantias peccatorum quæ mutant
speciem, vel in infinitum, aut nota-
biliter aggrauant, vel minuunt: &
Henr. circumſtantiam ſcandali, numerum
l. 5. c. peccatorum & tempus quo perſeue-
5. ranit in peccato, ſi eſt habituatus,
quoties item eo tempore interrupit
voluntatē actu contrario, vel etiam
diuerso, ſi magnum interceſſit tem-
poris interuallum, ſeu longa cefla-
tio: vel quoties actu extero pec-
cauit in ſingulas hebdomadas, vel
menses plus minus: p̄tæterea de

actu interiori, cum consensu in peccatum, saltem interpretatio, & de Henr. cogitatione morosa, de intentione p. cap. mala in actionibus, de occasione 5. peccandi, & an sit recidivus. Atqui dum confitetur peccatum pertinens ad unum preceptum, ne transeat ad aliud, nisi illud primum examinet diligenter; & denique ad sextum, & septimum preceptum decalogi, reducat nonum, & decimum.

2. Coercent eos, qui superflua dicunt, & ad confessionem non spectantia, praesertim scrupulosos: contra vero suggerat iis, qui omittunt necessaria, vel propter ignorantiam, vel quia non accedunt fatis parati, nempè iudicia temeraria, aliaque peccata mentalia, detractiones, & similia: plerique enim formam candem crassam semper obseruant, gravioria tacentes.

3. Peccata luxuriæ studeat, ut honestis verbis explicitur, eaque caute interroget, paulatim à cognitionibus ad verba, deinde ad actus progrediendo, caueatque ne dum nimis curiosè impudica inuestigat, ipse in temptationem incidat, vel poenitentes peccata discant, aut

T. 7. l. 3. c. 4.

l. 19.

Henr.

libr. 6.

l. 27.

Guar. ad ea prouocentur : idque cum
 disp. 2 puellis & pueris maximè obseruan-
 seet. 3. dum est, ut infra patebit. Neque
 T. a. t. confidentem arguat, nec admiratio-
 II. c. ne conturbet, antequam finiat con-
 19. fessionem, ne exterritus peccata si-
 leat. Ad huc videat ne dum aliis
 prodeesse nititur, sibi noceat, ut mo-
 net Gregorius 2. moral. capite 27.
 propterea adhibeat antidotum, ut
 solent medici tempore pestis, nimi-
 rum orationem iaculatoriam, qua
 animum ad Deum sepè leuet eius
 auxilium implorando, mentemque
 statim ad alia diuertat, & sic iacula
 euadet malarum cogitationum; ei
 enim, qui facit quod in se est, Deus
 numquam deest, idque figura ex-
 pliatur Exod. 30. maris ænei ante
 fores templi ad abluerendum Sacer-
 dotum manus, & pedes, collocati,
 nam Sacerdotes audiendo confes-
 siones, lauant hominum mentes, &
 quamvis ipsi maculentur, quia per-
 dunt serenitatem, tamen tanto faci-
 lius eorum tentatio eripitur, quan-
 to misericordius ex aliena tentatio-
 ne fatigantur : ut Gregorius Paſt.
 part. secunda, capite 5.

4. Etsi suspicatur interdum pœni-

INST. CONF. TRACT. I. CAP. II. 199
tentem in aliis confessionibus non
dixisse numerum peccatorum, nec
ipse de hoc se accusat, eum non in-
terroget de hac re, sed relinquat in
bona fide: nam presumere debet
concessarius functum esse officio suo,
similiter cum tacet peccatum, quod
aliunde certo scit illum commissoe.
Huc tamen magis explicatè docet
Nauarr. consil. 11. de pœnit. & re-
missi.

5. Si, dum coniungatorum confes-
siones audit, impedimentum aliquod
dirimens matrimonium in eis co-
gnouerit, vel impediens petitionem
debiti coniugis illis ignotum, ipsis
ne detegat, sed eos in bona fide
vinere sinat, usque dum dispensan-
di cum eis facultatem obtineat, vel
consulat peritiores; & idem obser-
uet, cum ex correptione maius ma-
lum timet. Suar. disp. 32. sect. 4.
Hen. lib. 6. cap. 28. lib. 6. & plerique
alij quos citant.

6. Non absoluat eos, qui habent
certam notitiam alicuius peccati, ex
quo imminet graue damnum Com-
munitatis in futurum, nisi statuerint
reuelare superioribus, quibus illi
prospicere incumbit: quod tamen

cautè, & cum consilio fiat, ne in perniciem cedat pœnitentis, si temerè revelet; satis est tamen aliquando secreto, vel per alium reuelare.

7. Cum temerè pœnitens complicem reuelat, corrigat eum confessarius, neque ad illum sibi prodendum instigabit, nisi cum eius fæulti ex pedire iudicabit.

8. Confessarius non debet esse nimius in rogando; quia non de omnibus, neque omnia singulos expedit interrogare, sed habita ratione personæ, loci, temporis, & integratæ confessionis, ea tamen quæ arbitratur esse necessaria, rogare tenetur.

9. Quare interroget in fine confessionis prater illa, quæ supra attigi, an voluerit aliqua peccata committere, quæ nou potuit, an egerit aliquid contra granem remorsum conscientiæ vel cum conscientia erronea, nempè putando illud esse peccatum mortale, quod verè non erat eiusmodi; Item an se exposuerit periculo peccandi; an excommunicatus interfuerit Missæ, vel

INST. CONF. TRACT. I. CAP. II. 201
aliis diuinis, officiis, an cum ex-
communicatis communicauerit in
diuinis, vel fuerit causa violandi in-
terdictum, suspensionem, an aliquid
fecerit contra reuerentiam loci sa-
cri; an defuerit officio suo, seu obli-
gationi, an induxerit aliquem ad
peccandum, saltem indirecte. Item
an aliquid recordetur, quod eius
conscientiam vexet; & generaliter
confiteatur, se offendisse Deum suis
sensibus, & potentiis, & defecisse
circa opera misericordie, & multa
precepta affirmativa virtutum, ut
Fidei, Spei, & Charitatis, humili-
tatis, patientiae, & conuersionis in
Deum primo tempore usus ratio-
nis; item virtutis religionis, qua
debet Deum venerari, orare, eique
pro innumeris, & maximis benefi-
ciis gratias agere, & tamen offen-
dit; accuset denique se de omni alio
actu, in quo displicuit Deo, vel fuit
causa, ut aliquis alias peccaret, ut
ipse Dominus melius nouit, qui
scrutatur corda hominum.

De iis que præstare oportet in fine confessionis.

1. Poenitentem sedulo, sed man-
suete hortetur ad obserua-
tionem diuinæ legis, & in virtutibus
progressum, eique poenas, & poen-
tentias meritas indicet, ut paulatim
ad poenitentiam acceptandam dis-
ponatur, simulque corruptionem, &
peccatorum remedia adhibeat, ut
spiritus, & prudentia suggesterit
juxta ea, quæ in tractatu tertio di-
centur.

In eo autem maximum momentū
esse ducat, ut poenitens constanter
proponat in posterum nunquam am-
plius peccare; quare si non est con-
tritus, curet, ut saltem ad attritionem
necessariam inducat; Ex his
quæ nos tract. 2. c. 17. At verò tutius
est, ante absolutionem poenitentiam
iniungere cum grauis est, ne postea
recusetur.

2. Quamvis omnia opera bona
pro satisfactione iniungi possint, ea
tamen ad tria capita reducuntur,
nempè ad iejunium, orationem,
& eleemosynam. Ad iejunium, spe-
stant omnes carnis afflictiones, id

INST. CONF. TRACT. I. CAP. III. 273
est flagellationes, abstinentiae, cili- Henr.
l. §. ca.
21. §. 2.
cia, vigilie, peregrinationes, su-
per solo, aut super tabulis accuba-
tio, & aliæ eius generis. Orationis
vero nomine, non solum intelligitur
vocalis, psalmorum, coronæ, Rosa-
rij, &c. sed etiam mentalis meditati-
o, lectio librorum spiritualium,
missa, & alia diuina officia, concio-
nes, frequentia Sacramentorum, &
similia. Eleemosyna denique com-
prehendit omnia opera misericor-
diaz corporalia, nimirum curare in-
firmos, visitare hospitalia, excipere
peregrinos, & id genus alia, ex qui-
bus eliget confessarius aliqua pru-
denter habita ratione grauitatis, &
numeri peccatorum, contritionis
item, sexus, ætatis, & dispositionis
corporis, status, temporis Iubilei,
& opportunitatis implendi, videat
que in primis ne pœnitentia, quas
imponit, in præiudicium tertij ce-
dant deinde ne pro peccato secreto
iniungat pœnitentias publicas, nisi
spontè ille peteret, & expedire
ipse confessarius iudicaret. Tertiò,
procuret ut pœnitentia sit non so-
lum afflictiva, sed etiam præserua-
tiva, & moneat non posse impleg-

per actus alios debitos ex præcepto , nisi id confessarius exprimeret: quando autem exprimere debeat, ipsius prudentiae, reliquitur. Quartò, suadeat libenter implere pœnitentiam , immò, ut alias sua sponte assumat ad augendum meritum, ad minuendas pœnas Purgatorij, ad placandum Deum, ad diſponendum animam ad gratiam , ad remedium peccatorum, & ex his quæ nos infra tract.z.cap. & 17. Quintò, quomodo autem possit mutare pœnitentiam ab alio confessario impositam præfertim superiore , & eam moderari, & declarare, habes in Nauar. capit, 26. num. 21. & 2. Sextò , quamuis non sint iniungendæ pœnitentia iuxta antiquos canones , eas tamen indicare proderit, & tandem potius inclinare in misericordiam , quam in severitatem, vt Nauar. capite vigesimo sexto , num. 17. Videat tamen ne si levia quædam opera pro grauissimis delictis iniungat , alienorum peccatorum particeps fiat, eiusmodi sunt blasphemiae, homicidia, sodomia, adulteria, supra, sacrilegia, proditiones , & alia ciuidem generis. Illud etiam adiungo,

*conc.**Trid.**ses. 14.**c. 8. de**sacr.**pœni.*

plurimum scilicet conferre, ut singulis peccatis contraria adhibeantur remedia, eaque pœnitentiæ loco imponantur, de quibus sigillatim tract. 3. dicam. Leues item, sed diuturnas pœnitentias iniungere, exempli gratia, ut quotidiè cum surgit, cogitet se moritum, deambulet per hospitale, audiat Missam, osculetur terram, & similia opera, solent enim plurimum prodefesse. Septimò, cum pœnitens recusat sine causa pœnitentiam præseruatiuam necessariam sue emendationi, non est absoluendus; quia signum est eum non esse bene dispositum. Aliis autem possit facilius indulgere, commutando cum rogat in alia opera: si quis autem nullam velit implere, eum non absoluat.

Octauò, distinctè explicet, quod iniungit pœnitenti, ut rectè intelligat quid teneatur implere sub præcepto obligante ad peccatum mortale, & quid de consilio & an aliquam pœnitentiam possit implere per aliud.

3. Cum in confessione aliquis cœsus reseruatus occurrit vel ipse confessarius petat à Prælato facultatē

Natt.
c. 26.
nu. 20.
Heur.
lib. 5.
c. 20.
§. 5.

absoluendi, tacito nomine pœnitentiis : vel si sine scandalo fieri possit, ipsum pœnitentem ad Prælatum, seu ad Pœnitentiarum mittat, qui vel absoluat eum Sacramentaliter, vel concedat facultatem, ut absoluere possit à proprio confessario.

4. Si quando ordinarius suos causas reseruatos, seu totam suam potestatem alicui confessario concedit, non poterit hic absoluere, nisi à causibus, & censuris reseruatis, & expressis in edicto reservationis ; non autem ab aliis, quæ in Iure Episcopis conceduntur, & præsertim cum requiritur specialem commissionem, ut quæ continentur in Concil. Trid. Sess. 24. cap. 6. de reformat. & aliibi. Nec etiam talis dispensare poterit ab irregularitate, nec in votis, vel iuramentis, neque hæc committare, nisi id sibi expressè committatur, idque tunc intelligitur concessum in foro conscientię, & in Sacramenti pœnitentię administracione. Nauar. ca. 26. num. 31.

5. Circa absolutionem vt , intelligat Confessarius quando eam dare, quando negare, & quando suspendere debet , hæc animaduertenda

sunt. Primum si pœnitens integrè confessus videtur cum debita contritione, & pœnitentiam acceptauit, tenetur confessarius eum absoluere. Secundò, sciat quæ verba sint essentialia, quæ substantialia formæ, quæve ad decentiam adiuncta, tam præcedentia absolutionem ad disponendum pœnitentem, quam subsequentia, quia, quæ propterea adduntur, ut omnia opera virtute clavium fiant ei satisfactoria, ut cum D. Thoma docet Nauar. cap. 26. num. 11. Tertio absoluat pœnitentem à censuris sub solita forma conditionali, (quātum possum, & indiges) antequam absoluat à peccatis, sed tamen à suspensione solos clericos ordinatos: in reconciliationibus autem leuium peccatorum seruetur consuetudo. *Nauar.* Cum vero scit aliquem esse excommunicatum, non absoluat à peccatis antequam absoluat ab excommunicatione, vel ipse, vel aliis, qui habet potestatem. Quartò, nunquam absoluat à peccatis sub conditione de futuro, vel sub ratione habitione, quia non esset valida absolutio; sub conditione vero de praesenti, vel preterito absoluens

c. 2. 6.
74. 79

peccaret; quia verba formæ mutare non licet: valida tamen esset absolutio, In aliquo tamen casu licitum est sub conditione impropriè sumpta absoluere: ut cum quis absoluit puerum, vel phreneticum, vel infirmum in articulo mortis, & dubitat, an habeat plenum usum rationis, poterit absoluere: retenta saltem in mente ea conditione: si es capax absolutionis, vel si possum, ego te absoluo, &c. Cum vero absolvitur aliquis, qui alias non possit absolui, nisi promittat satisfacere, vel restituere, vel stare mandatis Ecclesiæ seu seruare sacros Canones, vel remouere occasionem, acceptare data remedia, &c. promissione praestita debet absolui, non conditionatè, sed simpliciter, sub solita forma, vt alij poenitentes. Quintò, eos qui sunt in articulo mortis, non absoluunt à reseruatis presente Prelato, vel cum potest commode peti ab eo facultas: alioquin si hæc non suppetunt, absoluunt ab omnibus, iuxta facultatem ab Ecclesia concessam, hoc tamen discrimine, quod um ab soluit ab excommunicatione, admonendus est

pœnitens, ut si conualeſcat, ſe præſente ſuo Prælato, vel ab eo abſolutionem procuret. Cum autem abſoluīt à caſibus reſeruatis, qui non habent annexam excommunicatio-
nem, nulla remanet obligatio, ſed eſt ſimpliciter abſolutus. An autem poſſit Iure abſoluere, cum qui in dicto articulo ſigna tantum contritionis oſtendit, conſulat Doctores.

Cum aduerſit pœnitentem non eſte diſpoſitum, nec poſſe tunc ad-
duci, ut diſponatur, neget abſolutionem ita tamen, ut rationabili-
ter id fieri intelligat, quoniam deeft oſſicio ſuo Naua. cap. 3. num. 10.
& 20. Tolet. lib. 3. cap. 8. Simili-
ter cum iudicauerit eſte ſuſpenden-
dam ad tempus abſolutionem, ut
fieri oportet aliquando cum reci-
diuis, cum tepidis, cum habentibus
occationem priam peccati, cum
retinentibus aliena: ſi præſertim
alias confeſſarium deceperunt, cum
habentibus caſus reſeruatos, &
maxime cum excommunicatis.

Naua.
c. 26.
lib. 4.

Item cum dubitat an pœnitens ſe
bene artritus, vel cum alia ratione
probabiliter dubitat confeſſarius,
an cum poſſit rite abſoluere, ut infra

dicemus. Certum est enim posse impertiri absolutionem longo tempore post auditam confessionem, ut cum communi sententia docet Henr. lib. 4. de sacra. c. 11 §. 6.

7. Eos qui vota emissa non impluerunt cum possent, absoluat a transgressione voti, si aliae sunt bene dispositi, & constituat illis tempus, quo implere teneantur, vel si videbitur profuturum, suspendat absolutionem, si autem non possunt implere, vel non commodè, videat, an expedit commutare, vel dispensare, & obtenta potestate, commutet simul, & dispense, si subsit causa; hoc enim tutius est, vel mittat ad Prælatum.

8. Ne absoluat a suspensione sacre poenitentiariæ, sine speciali commissione, quia est veluti sententia superioris. Lege Nauar. cap. 27. num. 151.

9. Irregularem, & suspensum poterit quidem absoluere à peccato, nisi sit casus reservatus, moneat tamen manere censuras nisi ex privilegio, vel ex speciali commissione eas etiam auferre possit; attamen cum irregularitatem tollit, dicat, dispenso tecum super irregularitate,

quā incurristi ob talem causam, &c.

10. Expedit aliquando suspendere pœnitentem à sacra communione, nimirum ratione scandali, vt cum fuit aliquis publicus peccator, vsque ad debitam satisfactionem. Secundò, vt se melius præparet. Tertiò, post sumptum cibum, vel potum à media nocte, nisi commnnicaret per modum viatici. Quartò. ratione renuerentiae, vt propter tussim vomitū, vel simile impedimentum. Quintò, cùm iudicat aliis de causis ei profuturum, ad motum probitatem, & progressum in spiritu. Moneat tamen pœnitentem, cum est clericus initiatus, hanc non esse censuram suspensionis, sed prohibitionem tantum confessarij ad utilitatem pœnitentis.

11. Cum quis à censuris, seu à peccatis reseruatis ritè absolutus ab eo qui habebat potestatem, recordatur alicuius alterius peccati reseruati, cuius oblitus est in confessione, poterit à proprio confessario absolui, quia propter absolutiōnem illam generalem desit esse causus reseruatus, nisi reseruaretur alteri potestati, quam prior illi con-

Nau.

c. 24.

nu. 13.

Suar.

dīsp.

31. sect

4. nu.

12. 2.

& 24.

confessarius non habebat : secus tamen sentiendum est de commutatione, & dispensatione votorum : quia haec non se extendit ad oblitera, cum non detur in genere, nisi expressè id ille intenderet, qui dispensat, & potestatem haberet, & subflet causa legitima, nempe ad tollendos scrupulos, propter leuitatem in vocendo, aut alia similis.

12. Quamuis comparationes, cum in eas pœnitens propria sponte protrumpit ex feroore spiritus, meritoriae sint, ab illis tamen proponendis omnino abstineat confessarius, ne laqueos tendat pœnitenti ; sed in genere interroget, an sit paratus ab omni peccato abstinere, & Dei fructus ope eius legem obseruare, non tamen ad id obliget noua adjuncta promissione, aut voto, ut Nauar. capite vigesimo sexto, num. secundo.

13. Post absolutionem primùm gratias agat Domino Deo, quod pro eius amore concessit laborare ad salutem proximi, deinde oret pro pœnitente, & in aliis etiam orationibus eum Deo commendet, eaque facie cum ipso in posterum agat, ac si peccata eius prouersus ignoraret;

tum quia non scit illi, ut homo; tum
quia immundus is habendus non est,
quem Christus suo sanguine purifi-
cavit, ut ex Petri illa visione, Dei-
que responso liquet. Tertiò, sigillum
seruet inviolabiliter, ita ut neque
cum ipsomet pœnitente, de pecca-
tis in confessione auditis loquatur,
sine ipsius saltem tacita licentia, cū
aliis verò in nullo casu, nisi cum li-
centia eius expressa; & tum curan-
dum, ut sine scandalo, ac fine eius
periculo, aut damno ullo fiat. Ad
sigillum autem pertinent omnia
peccata audita in confessione, etiam
cum negata fuit absolutio. Item au-
dita extra confessionem, sed tamen
in ordine ad illam, & verò etiam
peccata aliorum in ea quomodolibet
reuelata. Caveat præterea, vt
non solùm directe, sed nec etiam in-
directe reuelet sic audita, etiam post
mortem pœnitentis, quod multis
modis potest accidere: de quibus
3. Nauar. cap. 8. num. 11. Propterea
caveat, ne dum vnum pœnitentem
laudat, alteri detrahere videatur,
vel dum sibi videtur generatim lo-
qui, alter propter circumstantias
veniat in cognitionem peccatoris

Optimum igitur consilium est, ut confessarius nunquam temerè de rebus auditis in confessione loquatur, nec etiam vniuersè: immò vero neque cum ad petendum consilium dubia proponit, dicat se quidquam in confessione audiuisse, sed generaliter postulet quid agendum, si talis casus accideret, &c. Cum autem petit à Prælatis facultatem absoluerendi à casibus reseruatis, in genere, quantum fieri potest, loquatur, ne, dum incautè ad singulares circumstantias descendit, pœnitentis personam prodat. Prælati autem, dum à se petitur dicta licentia, intelligent se teneri ad seruandum sigillum eadem lege secreti; & caueant ne vlla ratione in cognitionem delinquentis venire curent; né ve tales ibi accidisse casus aliis renuelent; ne itē ea notitia in alium finem vtantur, quam in salutem spiritualem ipsius pœnitentis in foro conscientiæ servato sigillo; hæc enim Dei iudicio reseruantur, quod is perperam usurpat, & pervertit, qui conscientiæ forum cum exteriori permisceret.

14. Si posteaquam vœvitens male

INST. CONF. TRACT I.CA.III. 215
absolutus discessit , confessarius ani-
maduertit se errasse , quia scilicet
illum iure absoluere non poterat , vel
quia non obligauit ad debitam resti-
tutionem , aut quia falsum consilium
dedit , præsertim in præiudicium
tertij , &c. consulat Doctores , &
remedium quod potest , adhibeat ;
vel denique Deo committat , & com-
mendet .

M. FORNARII
DE INSTITUTIONE
CONFESSARIORVM.

TRACTATVS II.

*De iis , quæ præstare debet Confessa-
trius cum hominibus cuiuscunque
status , & conditionis .*

CVM Confessarius præsertim Cap.
curatus , postor sit anima-omnis
rum , & spiritualis pater , acutrius-
medicus ; eo totum studium , atqueque se-
diligentiam conferre debet , vt ani-xus , de
mas sacramentis , verbo , & exemplopænit.
pascat , eisque ad spiritualem pro-et re-

miss.

gressum instituat in omni genere virtutum , & infirmis medeatur , ita ut omnibus compatiendo , & seipsum aptando , omnes ad Deum conuertat , recolens , quod qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viae suæ , saluabit animam eius à morte , & Cælum Iætificabit , vbi magna est illi merces reposita . Quare ei curæ sit magno zelo in dies nouas animas ad Deum trahere , nihil enim egregium agit , si solos deuotos conseruat , qui ferè sua sponte perseverant . Quo circa cum multa , & varia sint hominum genera , neque eodem modo cum omnibus agendum sit , quid cum singulis efficere debeat , breuiter attingam .

CAPVT I.

De Dominis Temporalibus.

STudeat in primis , ut Domini intelligentiam , & animo s̄xp̄e reuoluat non esse potestatem nisi à Deo , qui est Rex Regum , & Dominus dominantium , vt discant eum timere , qui aufert spiritum principum , totisque viribus contendere , vt diuinam ipsius legem , & ipfi perfectè obseruent , & ad eam obseruandam subditos verbo , & exemplo horten-

*Orig.**bom.**ii. in**Exod.**Greg.**24.**moral.*

Scrip.

tur, ac pœnis, cum opus fuerit, c. 15. & coerceant, atque constanter statuant lib. 17. hanc vnam esse viam conseruandi ca. 12. perpetua dominia, si altissimi Dei Past. legem rebus omnibus præferant, & p. 2. c. pro eius gloria non solum diuitias, 6. & Regna, sed vitam etiam profunde- re parati sint. Moncat item pro pec- cato vnius solere Deum in totam comunitatē animaduertere, ut pa- tet Iosue 7. Ad hæc superbiam ex eorum animis euellat, quæ est ini- Eccles. tium omnis peccati, & auaritiam, Io. 1. quæ est radix omnium malorum; ne, Tim. 6. dum nimium sibi tribuunt, & per fas, & nefas ditari contendunt, pro- prio periculo discant dominari ex- celsum super regnum hominum, qui exaudit clamorem pauperum, vt Dan. Saul, Nabuchodonosor, Antiochus, 4. Ps. & plerique alij exemplo sunt; duris- 9. & simum enim iudicium in iis, qui præ- 21. sunt fiet. Atque vt ad singula veniā, Sap. 6. moreat, ne iniuste dominia querant, Orig. vel bellum sine causa legitima mo- hom- ueant, ne tributa iniusta exigant, 20. in vel cessante causa propter quam im- nūm- posita fuerunt: Item ne retineant Greg. seruorum mercedem, & seruitia per- l. 24. sonarum, aut iumentorum iniuste mōral.

extorqueant: ne usurpent bona com-
munitatis , nec singulorum Ciuium,
neque eis damnum inferant inven-
tione præsertim, ædificiis , &c. néve
cogant subditos ad vendendum per-
peram res suas , nec eos plus iusto
grauent; sed bene tractent , scientes
quod vtrorumque Dominus est in
Cælis , & personarum acceptio non
est apud eum , vt monet Apostolus
ad Ephes. cap. 6. item ne iniuste con-
demnent , vel damnari patientur ,
nec compositionem reorum permit-
tant contra bonum commune , vel in
præiudicium partis , aut contra le-
ges , ne monopolia exerceant , ne
ineptis , vel improbis officia distri-
buant , vel eos ad beneficia Eccle-
siastica præsentent , ne consiliarios ,
seu Iudices corrumpant , aut cor-
rumpi sinant muneribus , ne officia
vendant , quæ habent admistam ad-
ministrationem iustitiae , ne iniustas
leges condant , ne permittant male-
ficia , usurpas , duella , vel peiora cri-
mina , aut prauas consuetudines; ne
desint officio suo in prouidendo bo-
no communi , quoad victura , & de-
fensionem necessariam ; & propterea
ne sint in rebus vanis , & sumptibus

INST. CONF. TRAC. II. CAP. II. 219
superfluis prodigi; ne subditos inuitos matrimonia contrahere cogant, ne contra immunitatem, aut libertatem Ecclesiasticam quidquā agant, neque contra alias canonicas sanctiones. Postremo, ut suo munere tutiūs fungantur, si minūs Congregationes Theologorum, & Canonistarum instituere possunt, pro rebus *Pro*
statuendis, quæ periculum animæ *incit.*
concernunt, consulant saltem his *Ibid.*
peritiores; nam salus est, ubi multa *c. 12.*
consilia, & qui ea audit, est sapiens:
& denique comperta aliqua iniustitia,
vel proximi damno, ipsorum
culpa sequitur, ad restitutionem eos
obliget Huc igitur omnes conatus
confessarij dominorum, & Principum
intendant, ut diuinæ & humanae
leges illis cordi sint; sic enim fa-
cilius fiet, ut depravatos subditorum
mores corrigant, totique consulant
communitati; atque has esse officij
sui partes intelligat confessarius, non
autem se interponere in gubernatio-
ne Reip. vel Regni.

*De Episcopis, aliisque Praelatis,
& Parochis.*

Tolet.
lib. 5.
cap. 4.

A&to:
29.

AdHe-
breos.
13.

AGat cum his confessarius debita reverentia, & modestia; cùmque occasio feret, indicet quæ sunt sui muneris, est enim Episcopus Pastor ouium, & Rector Ecclesie, quam Christus Dominus acquisiuit sanguine suo; ut propterea omnium virtutum splendore ornatus, aliis lumen præferre debeat, ouésque ex officio pascere Sacramentis, verbo, & exemplo de quibus copiosè sacri canones maximè autem Concilium Tridentinum sess. 25, cap. 1. de refor. & alibi : Ex quibus patet primùm eum teneri de Iure diuino ad personalem residentiam, eo modo quo partim ipsi Canones, partim Doctores exponunt : Et item gregem sibi commissum non seipsum pascere, ut prosequitur Chrys. hom. 59. in Ioan.

2. Quod tenetur subditorum delicta corrigere, non solùm paterna correptione, sed etiam iuridica inquisitione generali & speciali, seruato ordine Iuris usque ad sententiam. Præterea discordes inter se conciliare. Et item inuigilare tan-

INST. CONF. TRAC. II. CA. II. 221
quam rationem pro illis redditurus.

3. Ordines per seipsum conferre ,
cum potest , solis dignis , & Eccle-
siastica beneficia iuxta canones , at-
que propterea cum opus fuerit, uta-
tur opera examinatorum, quos insti-
tuat idoneos iuxta decretum Con-
cil. Trid. sess. 24. cap. 8. de reformat.

4. Potest , quæ spectant ad iuris-
dictionem , committere etiam iis ,
qui non sunt Episcopi : quæ autem
pertinet ad ordinem, solis Episcopis.

5. Consecrare loca , & vas a sacra,
& virgines , &c.

6. Tenetur interesse diuinis officiis
saltem diebus Dominicis.

7. Prædicare per se, vel instituere
idoneos prædicatores.

8. Celebrare Synodum in singu- Conc.
los annos , & ad Concilium prouin- Trid.
ciale statuto tempore , accedere. sess.

9. Prouidere de idoneis ministris, 24. 6.
Vicario , Oeconomō , Notario , & 2. de
Canoniftis , qui à consilio illi sint in reto-
rebus grauioribus.

10. Singulis annis Chrisma conser-
vere.

11. Redditus superfluos Ecclesię
pauperibus distribuere , id est ho-
nesto tangūm victu sibi reseruato.

12. Magistros aptos instituere, qui in sua Ecclesia necessaria doceant, nam Prælatus est veluti magister subditorum. Bern. serm. 23. in Cant.

13. Visitare limina Apostolorum Petri & Pauli in Vrbe Romana, iuxta Constitutionem Sixti-Quinti, quæ incipit, Romanus Pont.

14. Visitare Diœcesim iuxta decretum Concilij Tridentini.

15. Inuestigare an impletæ sint Testamenta.

16. Excommunicationes non leuiter decernere, ut Concil. Trid. sess. 25. cap. 3. de reform.

17. Si est religiosus, substantialia Religionis sue, quæ non repugnant muneri Episcopali, seruare tenetur.

18. Moneat, ut in regimine non cuique facilè credat: nā qui citò credit leuis est corde Itē quod vtrūque

Ecccl. 19. vitiū est, & omnibus credere, & nulli. Postremo si non potest officio suo debito satisfacere cū dignitate, & frumentu animarum, renunciare tenetur, ut constat ex c. Iampridem de renunt.

& Doctores docent. Ex his patet maximè periculosum esse statum Prælatorum, & illum ambire perniciosum ; quare Chrysost. hom. 3,

INST. CONF. TRACT. II. CA. II. 223
in Acta sic ait, Non arbitror inter
Episcopos multos esse, qui salvi fiāt,
sed multos qui pereant ; qui sapē
non damnantur propriis peccatis,
sed alienis, quæ non curauerunt. Et
Greg. past. par. 3. adm. 5. Prælatus,
inquit, peccans, tot mortibus dignus
est quot ad subditos suos perditionis
exempla trāsmittit. Vnde tanto cau-
tius debet se à peccato custodire,
quanto peccando non solus tantum
moritur, sed omnium animarum,
quas prauis exemplis destruit, reus
est. Lege etiam Bern. epist. 42. Hæc
tamen eo tendere intelligamus ne
scilicet Prælaturas ambiamus, & ne
Prælati, quibus tantum onus impo-
situm est, suis viribus se illud susti-
nere posse præsumant ; sed Dei po-
tissimum ope nitantur ; eique in pri-
mis placere studeant, ut ab eodem
confortari omnia possint. Atque Pa-
rochus, & alij curati cum sint coad-
iutores Episcoporum, tenentur or-
dines canonice suscipere, & fidei
professionem emittere: Item resi-
dere iuxta decreta Concil. Trid. popu-
lo prædicare & Christianam doctri-
nam docere, sacramenta ministrare,
S. Euchar. sacramentum decenter

affluare , & statuto tempore renouare , recentes hostias confecrando , iuxta rituale Romanum . Missam celebrare saltem diebus festis , corripere peccatores , vel Episcopo denunciare cum publici sunt , & incorrigibiles : infirmos parochianos visitare , & exhortatione ac sacramentis consolari : animas agonizantes adiuuare , & ad id legant methodum Polanci ad eos inuados qui moriuntur editam . Studere item casibus conscientiae , vt hæc ritè præstare possint , sepelire mortuos , sine auaritia vel simonia nota , omnes denique oratione assidua subleuare : obseruent tamen in his rituale Romanum . Et qui sine spe emendationis populo scandalum præbent , vel penitentes seducunt , cogendi sunt resignare beneficium , ut patet ex dictis . Hæc satis , nam reliqua dicemus cap . sequenti .

CAPVT III.

De Sacerdotibus , & aliis Clericis .

Moneat Clericos , vt suæ dignitatis memores , affiduè meditentur se in partem sortis Sanctorum vocatos , ac propterea , veluti à ceteris hominibus separatos viuere

INST. CONF. TRAC. II. CAP. III. 25

debere , & magis quam olim filios
Leui à reliquis tribubus , cùm ad *Leu.* 30
maiora sint vocati , & verò etiam
sanctos eos esse oportere. Nam sancti ,
inquit Dominus , estote , quia ego
sanctus sum , & *Matth.* 5. Lumen
Mundi , & sal Terræ dicuntur , pro-
pterea quod eorum munus est fide-
Ibid.
les doctrina & moribus illuminare ,
& spiritus sapore condire. Ex quo
intelligitur quanta virtute prælucere
aliis teneantur , humilitate præ-
sertim , obedientia , reverentia , stu-
dio orationis , Fide , Spe , Charitate ,
& Castitate , de quibus sigillatim
aliqua attingam .

I. Humilitate ad exemplum *B.*
Virginis , quæ Dei mater electa ,
ancillam se Domini vocavit , iuxta *Luc.* 1.
confilium sapientis , quanto magnus
es , humilia te in omnibus , & coram
Deo inuenies gratiam *In* Saluator
ipse noster , & Dominus antequam
discipulos sacerdotes crearet , eoru
pedes , idemque ut aliis facerent ipsis
præcepit . Et *Matth.* 11. Discite , in-
quit , à me quia mitis sum , & humili
lis corde . Hanc igitur Domini humili
tatem , & mansuetudinem non so-
lum in sacramentis administrandis ,

sed in omnibus etiam suis actionibus
sacerdos imitetur, atque maximè
cum proximum corripit, debet eum
instruere, ut fratrem in spiritu leni-
tatis, considerans se ipsum, ne simi-
liter tentetur; item quia lingua mol-
lis confringit duritiam, Prou. 25.

2. Deinde in obedientia excellat,
necessè est, cum minister sit Christi

*Ad Domini, qui pro nobis factus est obe-
Phil. 2. diens usque ad mortem, mortem au-
Ioan. tem crucis, & item, Non veni, inquit,
5. facere voluntatem meam, sed eius*

*qui misit me Patris. & Luc 2. habe-
tur, Et erat subditus illis: ita nos
Christum induentes, non solum Deo,
& superioribus, quos tanquam eius
Vicarios suscipere oportet, sed etià
inferioribus pro diuina ipsius gloria
obedire parati simus: tum quia id ei
pro immensa sua maiestate, & innu-
meris erga nos beneficiis debetur,
tum ut videlicet sic de nostra deprava-
tata voluntate, vindictam sumamus,
quæ aliquando à voluntate diuina
peccando recessit: tum quia Salua-
toris sententia est, Qui vos audit,
me audit, qui vos spernit, me sper-
nit, tum denique quoniam omnia
seruiunt ei, etiam Angeli, omnes*

*Iac.
10.*

enim sunt administratorij spiritus in *Hebr.*
 ministerium missi propter eos qui 1.
 hereditatem capiunt salutis : imò
 verò ipsa Virgo Deipara beata est ,
 non quia in ea Verbum caro factum *Luc* 11.
 est , sed quia obediens custodiuit
 Verbum , per quod facta est , ut Do- *Psal.*
 minus ipse testatur , cum ait , Quin- 61.
 imo , beati qui audiunt Verbum Dei ,
 & custodiunt illud : & explicatè do-
 cet Diuus August. tractat. 10. in *Ioan.*
 Dicamus igitur ex animo cum Pro-
 pheta , Nonne Deo subiecta erit ani-
 ma mea: ab ipso enim salutare meum.

3. Reuerentia & timore muniatur *Cap.*

Sacerdos , t dignè accedat ad altare *retulit*-
 quod meritò sanctum & tremendum runt de
 antiqui patres nominarunt tempore *Conf.*
 enim consecrationis veluti in Vtero *dist. de*
 Virginis in manibus sacerdotum in *dist. 2.*
 carnari Christū afferit Diuus *Greg. Diony.*
 vt refert Gabr. Biel. in can. missæ *cap. 3.*
lect. 4. Qua propter sibi dictum ar- *Eccles.*
 bitretur , Solue calceamenta de pe- *Hio.*
 dibus tuis : id est peccata , carnalef- *Exod.*
 que affectus depone , locus enim in 3.
 quo stas , terra sancta est : nam cum *Orig.*
 diuinum Missæ conficit mysterium *hom. 1.*
 innumerī Angelorum Chori tremē- *in l. reg.*
 tes adstant ? quos si conspicere illi *Chrys.*

l. 6. de. daretur , multò magis , quām olim
 Sacer. puer Elisei obſtrupſceret , & non
 & hō. tam audaciter diuina contrectaret :
 61. ad sed maximè admirans exclamaret :
 pop. Vnde hoc mihi , vt veniat Dominus
 Greg. meus ad me indignissimum , imò
 4. dic. etiam vt detur mihi eum tangere ,
 c. 58. Deo Patri offerre , comedere , aliis-
 c. 58. que porrigere : ac Petrum imitans
 Luc. 1. rogarer , Exi à me quia homo pec-
 Ibid.c. cator sum , Domine . Atque ita nimia
 5. familiaritas cum Deo , non contem-
 ptum , vt accidit inter homines , sed
 obſeruantiam , & anorem pareret .
 Et mens ad Solis iustitiae aspectum
 vehementer illustrata , diuinæque
 luci quasi immersa , omnia terrena
 despiceret , fulgorēmque cæle-
 stem facile cum aliis communica-
 ret .

4. Præfulgeant oportet Sacerdo-
 tes orationis affiduæ dono , qna pro
 suo debito officio Deum placare , ab
 eoque bona omnia impetrare pos-
 sunt cum mediatores sint pro Mundo
 apud Deum cōstituti , vt Moyses pro
 Dent. Hebræis , & quasi murus ; quoniam
 9. se inter Deum , & homines interpo-
 EZEC. nunt , ne cælestibus diuinæ iræ iacu-
 14. lis pereant . Quo circa dicūtur oculi

Ecclesiæ , vt mala videntes lugeant
pro peccatis ad Dominum cum la- *Sap. 18.*
crymis & gemitibus , tantoque fer- *Num.*
uore , vt Deum fletentes toti Mun- *16.*
do profint : vt docet D. Basil. Deni-
que sicut Aaron pro populo Israël ,
proferens seruitutis suæ scutum ,
orationem , & per incensum depre-
cationem allegans , restitit ira , &
finem imposuit necessitati : ita sacer-
dos orans & offerens nomine Eccle-
siæ sacrificium incruentum Passionis
Christi Domini , eiusque orationem
Deo Patri , eum placat , & propi- *Iacob.*
tuum peccatoribus reddit. *Quod fi* *5.*
multum valet deprecatio vnius iusti
affidua , quid non obtinerent tam
multi sacerdotes , quibus gloriatur
Ecclesia , si deuotè orarent , & rite
missæ sacrificium offerrent ?

5. Fide viua eminere debent , sine *Ad*
qua impossibile est placere Deo , cum *Hed. 4.*
ea sit Christianæ vitæ fundamētum ; *&* *ii.*
vt alios docere possint , & contradic- *Mal.*
entes arguere , quod est præcipuum *4.*
munus sacerdotis , idque figuratum *1. Pe. 3.*
Num. 10. cum filios Aaron tubis *Iaco* *5a*
clangere in bello , Dominus iussit , *Ad*
præterea , quoniam hæc est victoria , *He. 11.*
quæ vincit mundum fides nostra : *1. Pe. 5.*

item quia est substantia rerum spe-
randarum , illaque resistimus Dia-
bolo , & disponimur ad Spiritum
sanctum recipiendum : ait enim Do-
minus , Qui credit in me , flamina
Ioan. 7 de ventre eius fluent aquæ viue . De-
nique ut Sancti per fidem vicerunt
Ad
Heb. II regna , operati sunt iustitiam , adepti
sunt re promissiones , &c. ita nos per
fidem viuam bona omnia a sequimur.

Luc. 2. 6. Spes etiam , & fiducia magna
in Sacerdote requiritur , cum qua ,
qui orat , impetrat à Deo , vt patet
Marc. cap. 9. & 11. Luc 17. Matth. 8.
& 9. & Iacob. 1. Hanc autem fidu-
ciam in sacro missæ præ se fert Sa-
cerdos , dum stat cæteris prostratis ,
tanquam orator , seu legatus populi
fiducialiter agens cum Deo causam
illius. Ad hanc autem firmam spem
adducimur Domini nostri liberali-
tate , & promissis : & propterea quod
Iaco. I. importunè iubet petere , non enim
Ro. I. ita petere iuberet , si nolle petita
concedere , dummodo in nomine
ipsius omnia petamus , quoniam dat
omnibus affluenter , & non impro-
perat : tum quia diues est in omnes ,
qui innocant illum , & potens est
omnia facere superabundanter , quæ

petimus , aut intelligimus , tūm de- *Ad*
 nique quod sacerdos dum in missa *Ephes.*
 oīat, offert rem maiorem, quām sit, 3.
 quidquid præter Deum petitur ,
 nempē Christum Dominum filium
 eius dilectum in sacrificium , vt pro-
 pterea maxima fiducia sperare à
 Deo omnia meritò possit, ac debeat. *Ad*
Adeamus ergo/ut monet Apostolus) Hebr.
 cum fiducia ad thronum gratiæ eius, 4.
vt monet Apostolus) cum fiducia ad
thronum gratiæ eius , ut misericor-
diam consequamur,& gratiam inue-
niamus in auxilio opportuno.

7. Quanta autem charitate ardere
 deceat sacerdotes, vel ex eo maximè
 patet, quòd vicem eius gerunt , qui
 animam suam posuit pro ouibus suis,
 in Cruce sanguinem profundendo ;
 nec Petro sui chari gregis curam an-
 tea commisit , quām ter rogatus , se
 eum amare testatus sit : Apostolis
 item dixit, Hoc est præceptum meū, *Ioan.*
vt diligatis innicem,sicut dileyxi vos: 21.
 nimirum amore puro amicitiæ, item
 non ex debito , neque spe alicuius
 caducæ vtilitatis, vel terrenæ retrí-
 butionis : quapropter præceptum *Chrys.*
nouum vocauit , & in eo solum dis-
hom.
cipulos eius nos esse,dignosci voluit, 71. in

- Ioh. scilicet si dilectionem adinuicem
 Ioh. habuerimus: Atqui sine charitate,
 13. si omnia sciamus, si reliqua omnia
 Rom. efficiamus, nihil sumus, nihilque
 13. nobis prodest, at verò, qui hanc
 3. Reg. habet, totam legem implet, propte-
 rea meritò aurum ignitum vocatur,
 Orig. Apoc. 3. & figuratur in auro templi
 in Leu. Salomonis, & in Veste Aaron bis-
 bom. tineta, Exod. 28. & in perpetuo illo
 9. Gre. igne, quem semper ardere in altari
 gor. 33. Dominus iussit Leui. 6. & hunc offer-
 mor. ri tantum, non alienum, nisi perire
 c. 3. & quis velit, cum Nadab. & Abiu. Leu.
 lib. 9. 10. & ad illum accendendum, se ve-
 ca. 22. nisse, Dominus testatur, dicens Luc.
 Past. 12. Ignem veni mittere in terram, &
 pa. 3. quid volo, nisi ut accendatur? De-
 ad 10. claramus autem illum in nobis esse,
 1. Ioh. 1. non verbis, sed opere, & veritate,
 Chrys. id est operibus misericordiae corpo-
 bo. 12. ralibus, & spiritualibus: qui enim
 sn Ma. verè proximum, sicut se ipsum amat:
 bo. 18. intra propria viscera, si posset, om-
 nes includeret, ut ait S. Macarius:
 nec gloriam sibi, sed vni Deo ex ani-
 marum conuersione quereret: sic
 que omnis æmulatio, atque inuidia
 cessaret: charitas enim non æmula-
 tur, dummodo namque animæ sal-

uentur, siue suæ aliorum industriae
tribuatur, nihil laboraret, vt rectè
prosequitur Chrys. hom. 13. super
primam ad Tim. & hom. 2. ad Tit.
atque hic quidem amor habet maio-
rem vim ad liberandas animas à
morte peccati, quam zelus, & se-
ueritas correptionis, quod optimè
per figuram explicatur 4. Reg. 4. *I. Cor.*
vbi puer qui virga suscitari non po-
tuit, amplexu Elisei suscitatur, vt
notauit Greg. 9. mor. cap. 2. Cum
ergo nobis diuina misericordia ani-
mas ligandi, atque soluendi potestas
collata fit, omnes ad pœnitentiam
enixè hortemur, vt à peccatis solu-
tas creatori suo reddamus: cumque
Christus Dominus in signum sui im-
menfi in Ecclesiam amoris institue-
rit Eucharistiam, vt esset ei cibus *Malac.*
vitæ, dum hic peregrinatur: consti-
tuti quasi Angeli Dei, fratres no- *4. Reg.*
stros à somno excitemus, vt reficiantur: *2.*
grandis enim illis restat via. *19. Luc.*
Et item, vt fideles ministri exeuntes *14.*
in vias, & sepes, omnes ad diuinum *Leu. 8.*
hoc conuiuum intrare compella- *6. Orig.*
mus, vt tandem ad cælestè simul in- *21.*
troducamur. *Orig.*

8. De castitate denique Sacerdos hom.

6. & 7. tum , quę figuratur in cingulo Pon-
in Leu. tificis , & in fœminalibus, secundum
Greg. Originem , vt paucis multa comple-
Past. ãtar, illis opus esse affirmo puritate
p. i. c. Angelorum , vel saltē , vt eam pro
11. & p. sua virili imitari conentur: quod sa-
2. c. . cerdos fungatur munere tam subli-
& 3. & mi , quod nec Angelis ipsis conces-
7. sum est : sacrum igitur missæ factu-
Chrys. rus, quis non omnibus artibus con-
ho. 6. tremiscat? si enim in lege veteri ar-
ad pop. cebantur ab altari immundi , & Isaï
23. ad 25. Mundamini , inquit , qui fertis
Ephes. vasa Domini : quid in lege noua re-
Cbrys. quiri censebitur, in qua offertur ipse
epi. ad filius Dei in sacrificium, per antiqua
Gal. c. illa sacrificia figuratum ? Quod si
1. & . Oz a minus reuerenter arcam Testa-
reg. c 6 menti olim tangens periit , quid
1. Cor. agetur cum Sacerdote , qui sacrile-
21. gis manibus audet tangere sanctum
Sanctorum ? iudicium vtique sibi
manducat , & bibit , non diiudicans
corpus Domini : & subditur , Ideo
inter vos multi imbecilles , & dor-
miunt multi , id est pereunt , quia
scilicet filium Dei conculcant , &
sanguinem Testamenti pollutum du-
cunt. Maximis vtique suppliciis pu-
nitos semper fuissē à Deo luxurio-

sos, constat: quod suæ dignitatis obli-
ti, similes bestiis efficiantur, & cæ-
lestibus deliciis contemptis ample-
xentur stercora: longè tamen ma-
iora tormenta parata sunt Sacerdo-
tibus impudicis, vt tradit D. Hie-
ron. & Gregor. quia nempè in tanta
diuinorum Charismatum copia, &
consuetudine cum Deo, post solem-
ne votum castitatis in rem tam vilem
seipso abiificant, vt eorum causa,
diuina mysteria ludibrio sint infide-
libus, & ab ipsis etiam fidelibus
parui fiant, vt experientia comper-
tum est, & D. Ambros. testatur.
Immo faciunt, vt hi audacius in pec-
catorum sordibus iaceant: videlicet
Clericorum mores imitati, quos ta-
men virtutum duces, & magistros
esse oportet. Veruntamen tales au-
diant Iudicis minas: Væ homini illi
per quem scandalum venit: expedit
ei vt suspendatur mola asinaria in
collo eius, & demergatur in profun-
dum matis.

9. Hæc si homines considerarent, Ma. 18
non tam audacter ad sacerdotium
properarent, sed secum rectè pri-
mùm deputarent, an ad tantæ molis
celitudinem sufficient vires, iuxta He. 5.

*Ad**Hebr.*
*10.**Psalm.*
*18.**Orig.**hom. 3.**in Leu.*
*& 3.**in nub.*
*Greg.**mor.*
*cap. 6**Chrys.*
*in ps.**43.**Basil.*
*in reg.**bre.**4. Dia-*
*c. 32.**Mar.*
*19.**Lu. I.*
He. 5.

Domini consilium Luc. 14. ne ab ipsis
etiam dæmonibus derideantur , si in
medio cursu deficiant. Adde quod
multi ad hanc dignitatem non acce-
derent , nisi vocati tanquam Aaron:
immo verò multi refugerent : eos
imitati , qui cum essent omnium vir-
tutum præsidio muniti , à sacerdotio
tamen abstinuerunt : vt D. Francis-
cus , & plerique alij , indignos se
tanto munere iudicantes.

10. Ij verò qui indignè iam ad hu-
ius celsitudinis gradum se conscen-
disse agnoscunt , virtute , & recte
factis inscitiam , errorēmque com-
pensare nitantur , & si opus fuerit ,
dispensationem petant à Sede Apo-
stolica , atque se totos dent operibus
misericordiæ , & pœnitentiæ : atta-
men discant saltem , quæ necessaria
sunt ad recte dicendum sacrum Mis-
se , & horas canonicas , ad docen-
dum rudes doctrinam Christianam ,
assiduisque precationibus , & medi-
tationibus , cum continua mortifica-
tione coniunctis , ita Deo placere , &
coram eo versari studeant , vt spiri-
tus eius feroce concepto alios ædi-
ficient , & ad meliorem frugem sal-
tem exemplo adducant. Ex his faci-

INST. CONF. TRACT. II CAP. III. 237
le confessarius colliget quomodo
clericos adiuuare possit.

ix. Videre enim oportet in primis,
an dent scandalum secularibus , non
solum agendo quæ prava sunt , sed
etiam quæ speciem habent mali : vt
monet Apostolus. Item an canonice 1. Thes.
sint ordinati , an sint irretiti aliqua 5.
censura , vel eam violauerint , aut
alia de cauia sint irregulares: an ha-
bitum & tonsuram gerant clerica- Nauz.
lem : an negociis secularibus , vel c. 25.
prohibitis se immisceant, an ludos & num.
choreas sectentur , an actus ordinis 110.
bene exerceant, an vero cum peccati Conc.
mortalis conscientia sine contritio- Trid.
ne: an missam celebrent saltem præ- sess. 22.
cipuis anni festis : & an recte iuxta de re-
rubricas Missalis , cum vino recenti for.c.r.
& reliqui requisitis : an pro una
Missam capiant duas , vt vocant pitan-
tias , seu duas solitas elemosynas ,
aut plures : an Sacra menta ritè mi-
nistrent: an cum vatis , ac paramen-
tis mundis : an horas canonicas , vt
debet , recitent : an in Choro can-
tent , qui tenentur , deuote , & at-
tente : an simoniam commiserint in
ordine præsertim , & beneficio Ec-
cleastico : an pro exequiis defun-

ctorum eleemosynam, vel nimiam, vel cum scandalo exigant: an confessionis sigillum perfectè seruauerint, & confessiones attentè audiuerint: an omiserint necessarias interrogationes, an rogauerint curiosa, an aliquem perperam absoluerint, an scandalum præbuerint in confessione: an prædicent yana, iocosa, vel indulgentias falsas, an sine licentia, vel in peccato mortali, an familiaritatem habeant suspectam, an benè dispensent redditus Ecclesiasticos,

Tolet.
L. I. ca.
36.

an habeant plura beneficia contra canones, an acceperint beneficium sine animo perseuerandi in clericatu, vel cura: an res Ecclesiæ alienauerint contra canones: an, cum non fecerunt fructus suos, illos restituuerint, an qui est addictus seruitio Ecclesiæ, ei seruiat: an, qui non est Sacerdos, sumat sepe Eucharistiam, an impedierint aliquem à consecratione beneficij, an induxerint ad iurandum pro sepultura, an dederint, vel promiserint aliquid pro gratia, vel iustitia impetranda à Se de Apostolica, an canones, & constitutiones Apostolicas, & Diœcesan as obseruent, an studeant casibus

INST. CONF. TRACT. II. CA. IV. 239
conscientię, & computo Ecclesiasti-
co, an bene sciant, & obseruent ru-
bricas Breuiarij, & Missalis: præ-
terea moneat ut quotidie vacent
orationi mentali, sine qua vix quis-
quam deuotus esse potest. Item ut
legant sacram Scripturam, & alios
libros spirituales. Moneat denique
ut ita se in verbis, & factis gerant,
sicut decet Dei ministros, ut non
vituperetur ministerium nostrum.

Quare instituant s̄epè sermonem de
rebus spiritualibus, atque illam
Diui Bern. sententiam meditentur,
quam scribit lib. 2. de considerat. ad
Eugen. Nugae inquiens, sint longe
ab ore tuo, nā inter seculares nugae,
sunt nugae in ore sacerdotis blasphemiae,
interdum si incident, ferendae
fortasse referendae nunquam, conse-
craisti os tuum Euangelio, talibus
iam illud aperire illicitum, assuesce-
re sacrilegium est. Hactenus Bern.

1. Petr.

4.

Tract.

3. c. 7.

CAPVT IV.

De Religiosis.

QVI Religiosorum confessiones
audit, obtenta superiorum li-
centia, moneat, ut quae de clericorum
officio iam diximus, fibi etiam
dicta esse putent: præterea ut vota

essentialia religionis perfectè obser-
uare nitantur, id est paupertatis,
castitatis, & obedientię, aliásque
sui ordinis regulas, sintque in pri-
mis diligentes in diuino officio per-
soluendo, aliisque orationibus suo
loco, & tempore: Curētque maxi-
mè ut intelligant non mereri nomen
religiosi, qui quotidie non vacat ora-
tioni mentali, & tam diu meditatur
diuina mysteria, & beneficia, quan-
diu per sui ordinis constitutiones, &
superiorum facultatem licet: anima
enim dum eleuatur ad Deum, perfi-
citur: propterea Dauid, Ad te, in-
quit, Domine leuavi animam meam.
Moneat item ut ad sacramenta susci-
pienda, vel ad missam dicendam se-
ritè præparent, & in studia litera-
rum diligenter incumbant, quæ ad
suum manus rectè fungendum opus
esse intellexerunt, ita tamè ut lectio
librorum spiritualium illis cordi sit,
de qua nos alias. Ad hæc euret, ut
concionatores non seipso, sed Chri-
stum prædicent, id est non propriam,
sed Dei gloriam querant, & anima-
rum salutem: quæ res non in persua-
silibus humanæ sapientiæ verbis,
sed in ostensione spiritus, & virtutis
consistit.

*Cajet.**2. 2. q.**182.**art. 3.**Psalm.**24.**ibid.**Aug.*

consistit. Qui enim non filios Deo
 gignere , sed suam scientiam cupit
 ostentare , adulterare dicitur ver-
 bum Dei : quem enim libido gloriæ
 ad loquendum trahit, voluptati magis , quām generationi operam im-
 pendit , vt Greg. in Past. part. 3.
 adm. 25. idcirco Euseb. Emisi. com-
 parat prædicatores retibus , quiæ
 scilicet nisi homines capiant , inuti-
 les sunt. Atque hoc quidem spiritu
 afflati , olim sancti Dei , cùm pauci
 essent , innumeros homines conuer-
 terunt , nunc autem eo spiritu , vel
 destituti , vel non ita pleni , & si
 multi sunt , tamen parum proficiunt.
 Caveant insuper ne in concionibus
 detrahant Prælatis Ecclesiæ , vel sa-
 credotibus , néve de Conceptione B. *Chrys.*
 Virginis disputerent contra constitu-
 tionem Pij V. Præterea si quem for-
 tè Religiosum reperit , qui praua
 intentione ingressus est Religionem ,
 aut non satis recta voluntate , vt eam
 rectificet , suadeat : illum item , qui
 impedimenta reticuit in examine ,
 quæ sunt contra commune bonum
 Religionis , non absoluat , nisi reue-
 lare statuat , vel ad dispensationem
 recurreat . Si quis autem corū voulit

1. Cor.

2.

2. Cor.

2.

*hom. I.**ad Tit.*

ad arctiorem religionem se conferre, votum seruet, vel prælatos consulat, aut Sedem Apostolicam; moneat etiam ne quem piam à meliore religione eligenda auertant; ne inordinato affectu ducantur erga consanguineos, amicos, vel erga res temporales, ne anima terreno amore repleta Deum capere non possit, & Deo non plena oneri sibi sit, quod quantum habeat momenti ad religiosi perfectionem, lege apud August. tract. in epist. B. Io. Exinani, inquit, quod implendum est, bono impletus es, funde malum. Item dum alios iuvant, ne deserant se ipsos. Moneat quoque ne indignos eligant ad prælaturas, imò teneri eligere aptiores, & seniores, non ætate, sed moribus. Item ne temerè habentum dimittant, ne depravatis moribus aliis scandalo sint: Deus enim non irridetur, sed audiant August.

Ep. 137 qui ait, ex quo Deo seruire cœpi, ad ple- quomodo difficile sum expertus me-
bem liores, quam qui in monasterio pro-
Hippo. fecerunt, ita non sum expertus pe-
nens. iores, quam qui in monasteriis ceci-
derunt. Hæc ille, quare aptari illis
potest visio Hierem. cap. 24. qua vi-

dit *ficus bonas, bonas valdè, & malas, malas valdè*, idem ferè Cassian. collat. 4. cap. 19. scilicet religiosos malos, peiores esse secularibus. Moneat præterea, ne plura talenta habere optent, sed sibi iam data bene exerceant, ne forte auferantur, ut exponit Chrys. hom. 23. & 30. ad Heb. Item moneat ne tempus in otio, vel detractionibus conterant, curiosa, vel inutilia se fiant: ne forte dum spernunt modica paulatim decidant: ut domus, quæ vitiestate collabitur, nisi renouetur. Item ne secularibus negotiis se implacent, ut monet Apostolus 2. Tim. I.

Lnc.
16.

Ad hæc ne exteriorem disciplinam negligant, imò viliora exercitia ad Christi imitationem libenter obeāt. Postremo optimum consilium est, ut Religiosi sæpè secum deputent, an in virtute prosificant, an vero deficiant; ut enim corpore senescimus, nec aduertimus, sic etiam spiritu, ut docet Gregorius lib. 25. moral. cap. hom.

Eccles.
61.

6. Tenentur enim adhibere studium ad perfectionem consequendam, & cum contemnunt, ad perfectionem tendere peccant, ut docet D. Thom.

Lege
de his
Dorot.ser. 10.
Macar.

hom.

9. &
31. &

49.

2. 2. quæst. 186. art. 2. ad primum,

& alibi. Quapropter expedit, ut singularis saltem annis secedant, & vacent à negociis, & plus solito rebus spiritualibus, incumbant.

CAPVT V.

De Monialibus.

Qui monialium Confessiones audit, hortetur eas ad perfectā votorum, & regularum suarum observationem: & ad diuinum officium in Choro persoluendum, nisi ex causa legitima excusentur: item ne tanquam proprium quidquam possideant, contra votum paupertatis. Curet præterea, ut ad Sacra menta confessionis, & communionis deuotè statu tempore accedant, in sua vocatione constanter maneant, & sint obedientes suis superioribus, & inter se mutua charitate concordes: In electione Abbatissæ, ut suffragentur aptiori. Item ne cum secularibus nimis sæpè agant, vana præsertim & curiosa uestigando: ad hæc exteriorem ornatum omnino detestantes, suo fisco Christo intus placere omni conatu studeant: libros spirituales tantum legant, & meditationi passionis Christi Domini, aliorumque mysteriorum se totas dent, ut spiritualibus

Henr.
l. 5. c. 8.
§. 2.

de litiis gustatis, desipient illis Mundi oblectamenta: cùmque optimam partem elegerint, beneficium agnoscant, Deoque optimo acceptum referant; sunt enim sub peculiari Christi, & B. Virginis protectione à Mundi periculis erexitæ: vt merito byssø, & coecu tabernaculi à D. Greg. conferantur libro 25. mor. cap. 16. Quare nitendum maxime illis est, vt in humilitate in dies proficiant: nam laudabilis est Virginitas, sed magis necessaria humilitas: vt Bern. hom. I. super missus est. In charitate item, puritate, patientia, reliquisque virtutibus ad cœlestes, & æternas delicias aspirent: oleum tamen misericordiæ semper secum habentes: vt cum venerit sponsus, intrerit cum eo ad nuptias, à quibus fatuæ pelluntur, quia nimirum maiore luctatore prostrato, id est carnis temptationibus superatis, à minore victæ sunt.

Matth

25.

CAP VT VI.

De Iudice.

IVdex cum sit lex animata, iustitiam diligere debet, monet Sapiens, cum ait, Diligite iustitiam, qui iudicatis terram: propterea cum

Ant.

L iiij

3. p. ti. Confessarius primum hortetur, vt
 9. c. 1. longe sit ab inordinato affectu erga
 & . & partem alteram aetricem, & aequa-
 Syul. les utriusque aduocatos assignet, si ad
 & alij eum pertinet eos dare: Deoque soli
 ver. placere studeat, non hominibus in
 Index. suo munere fungendo. Hinc Aegyptij
 Iudicis statuam fingeant iuxta Cæ-
 lum sine capite, vt refert Cælius,
 quia nimirum oculos eum habere
 oportet in celo fixos, non autem in
 Terra, respiciendo personam homi-
 num.

2. Ut iudicet iuste secundum alle-
 gata, & probata: sed tamen si pri-
 uatam habeat notitiam de contraria
 veritate: differre debet sententiam,
 & omnia facere, quæ fine magno de-
 trimento potest pro veritate.

Deut. 3. Cito causas expediat. Item ne
 accipiat munera contra leges: hæc
 enim excœcant oculos sapientium:
 6. quapropter Thebani Iudicem fine
 manibus depingebant, vt refert
 Plutarchus.

4. Ne sit in cognitione causæ ni-
 mis credulus, non enim cuique sta-
 tim fides habenda est: & comperta
 veritate facti, studeat diligenter, an-
 tequam sententiam ferat.

5. Ut tradat dubia parti aetrici pro defensione adhibenda.

6. Ne crudelis in torquendo reos, nec torqueat sine sufficientibus indiciis. Item ne examinet, nec exigat in genere iuramentum, sed in causa determinata.

7. In condemnando inclinet potius in clementiam, quam in nimiam severitatem.

8. Appellationem iustum admittat, eique deferat.

9. Carceres saepe visitet.

10. Iustam superioris sententiam nullo pacto exequatur.

11. Ne iudicet exemptos, nec eos qui non spectant ad suam iurisdictionem,

12. Non iudicet die festo: non fingat casum, ut eat in domum alicuius foemine, ne excommunicatum admittat, ne procedat sine accusatore, nisi in casibus iure permissis, ne capiat clericum contra canonicas sanctiones, sed cum primum cognoverit, statim suo Iudici restituat, ne extrahat delinquentes ab Ecclesia, nec immunitatem Ecclesiasticā in aliquo lacerat, & denique obseruet leges Canonicas, & si non sit satis pe-

*Sed prā
c. 2.*

NAH.

6. 25.

XXI. 12.

60. 21.

ritus, cogat cum confessarius renunciare, nam Eccles. 10. sic habetur: Magnus est iudex, & potens est in honore, & non est maior illo, qui timet Deum, sed de his satis. Nam quando ad restitutionem teneatur iudex, qui reum injuste damnauit, vel vexauit, Confessarius ex doctribus petet.

CAPUT VII.

De Aduocato, & Procuratore.

Moneat primum non licere ei patrocinari, qui nouit se ad hoc munus, non esse idoneum.

2. Eum grauiter peccare, cum defendit causam, quam scit esse iustum, vel id probabilius putat, similiter si non initio, sed in progressu iitis hoc aduertit.

3. Cum propter notabilem suam negligentiam, aut ignorantiam perdit iustum causam.

4. Cum aliquid facit, quod aduersarium causa cadere faciat iuste, nempe subornando Testes, miscendo mendacia, vel impetrando importunas dilationes, &c.

5. Cum aduersario reuelat secreta notabilis momenti in praedi- cium sui clientis,

6. Cum stipendium iniustum petit, vel paciscitur in medio litis.

7. Cum paciscitur de quota litis, vel ut ea victa tantum sibi soluatur, non alias, Nauar. cap. 25. num. 28.

8. Cum pauperum causam iustam non defendit in extrema necessitate. Imò verò in graui per id, quod superest temporis ex necessariis suis occupationibus. D. Thom. 2.2. quest. 71. art. Denique cum consultus falsa tradit.

CAPUT VIII.

De Notariis.

Hortetur Notarium primum si opus fuerit, ut scruet ea, quae initio iurauit obseruare, cum munus suscepit; nimirum se confessurum instrumenta pro quibus fuerit rogatus, nihil veritatis tacendo, nec falsa miscendo. Item se non reuelaturum sibi secreto commissa, nisi iusta de causa; & se non confessurum instrumentum usurarium vel illicitum scienter; Item se de omnibus retenturum protocollum, & fidem se futurum ei, à quo creatus est Notarius. Postremo nullo amore, odio, spe, vel timore, se officio suo abusurum,

2. Ne Instrumentum alicui necessarium occultet, laceret, vel debeat, vel falsum faciat.

3. Ut rogatus det Instrumenta, quæ dare tenetur parti, & item de eo admoneat ignorantem, cuius interest.

4. Ut die festo non conficiat ea; Item ne ea pauperibus petitibus negat, qui soluendo non sunt.

5. Ne scribat statutum pro usuris soluendis, vel non repetendis, vel aliud quocunque contra libertatem Ecclesiasticam.

6. Ne conficiat Testamentum parentis iudicio aut non utentis ratione, quia teneretur restituere.

7. Ne stipendium maius debito
Conc. exigat; vel oblatum accipiat, cum
Trid. publicum ei constitutum est.

sess. 21. 8. Ne quid accipiat pro literis
c. i. de ordinariorum, præter decimam par-
reform tem aurei, idque cum publica mer-
ces non soluitur.

C A P V T I X.

De Professore, & Scholaribus.

Ant. V Ideat in primis confessarius
3. p. 1. doctorum, an lector digne gra-
5. c. 2. dum suscepit, & exerceat.

§. 10. 2. An ad lectionem admittat quos
n. n debet, &c.

3. An obseruet statuta iurata, & ^{c. 1.}
maxime an indignos approbet ad *Nau-*
doctoratum.

c. 25.

4. An falsa doceat, vel ob malum
finem.

num.

55.

5. An aliorum professorum audi-
tores ad se cum eorum detrimento
trahat, vel lecturam procuret in-
dignis.

6. An exigat ab auditoribus sti-
pendium, cum publicum habet, vel
maiis debito.

7. An Scholares crudeliter casti-
get.

8. An habeat libros prohibitos,
& praesertim hereticorum heresim
continentes, vel de religione tra-
ctantes.

9. An denique defit officio suo,
& nisi proponat serio ab his abstine-
re, ne absoluat; sed corripiat, &
moneat.

Scholares vero moneat, ut studeant
diligenter, & ob bonum finem; nempe
ad Dei gloriam, & animæ perfectio-
nem, atque honestam sustentationem:
alioquin periculosa res est: nam ^{1. Cor.}
scientia inflat & nisi cum virtute ^{8.}
coniungatur, est veluti gladius in
manu furiosi. Quare reliquis omni-

Sap. 10. bus anteponant scientiam Sanctorū,
 hæc enim vere hominem magnum
 facit. Hinc Apostolus 1. Cor. 1. fi-
 nouerim mysteria omnia, & omnem
 scientiam, charitatē autem non
 habeam, nihil sum, & cap. 12. Æmu-
 lamini autem, inquit, charismata
 meliora, adhuc excellentiorem viam
 vobis demonstro, scilicet charitatē,
 cui adiuncta est vera sapientia. Item
 Eccle 5. Initium sapientiae timor
 Domini, & Iob. 28. timor Domini
 Sap. 1. ipse est sapientia; Hæc autem non
 habitat in corpore subdito peccatis.
 Item Eccles. ultimo time Deum, &
 mandata eius obserua; hoc est enim
 omnis homo. Deinde hortetur ne
 discant scientias prohibitas, vel su-
 perstitiones, nec legant aut teneant
 libros prohibitos, neque sint nimis
 cupiosi. Tertio, ne contra veritatem
 cognitam altercari audeant Quarto,
 ne tempus conterant in ludis, in re-
 bus vanis, nec prauorum hominum
 consuetudine vtantur. Quinto, ne
 audiant turpes comœdias. Sexto,
 ne suffragentur indigno Rectori, vel
 7. 3. Lectori, aut Scholari pro mouendo
 13. 5. ad gradus, præsertim cum periurio:
 6. aut mendacio. Septimo, ut debitum

stipendum magistro soluant ; & pa-
rocho decimas personales , vbi est
consuetudo: ac parentibus , reliqui-
que maioribus debitam reuerentiā ,
& obedientiam exhibeant ; frequen-
tent Sacra menta , audiant quotidie
missam , orent deuote , & denique
seruent reliqua ad Christianam vi-
tam spectantia.

C A P V T X.

De Medicis.

MEdicos verò diligenter admo-
neat primum ne morbis mederi
audeant , antequam scientiam , &
praxim necessariam habeant.

2. Ut diligenter studeant , & in-
firmos visitent cum opus est , nec me-
dicinam adhibeant nisi recte morbi
genus primum intelligant , & certo
putent illis profuturam , si enim dand
cum dubitant esse noxiā , vel ut
experimentum faciant , aut ne vi-
deatur ignari , mortis æternæ sūt rei .

3. Ne morbum in longum pro-
rahant lucri causa.

4. Ne pro corpore curando dent
consilium , vel medicinam cum peri-
culo animæ.

5. Ne superstitiones immisceant
naturali medicinæ.

c. in-
firmit-
tas de-
pæn &
remiss.

6. Ut sudeant infirmis confessionē Sacramentalem , nec vltra tertium diem visitent,nisi primū confiteantur , vt Pius V. Const. quæ incipit , Supra gregem.

7. Ne prægnanti mulieri præbeant potionem vel medicinam, qua abortum faciat:idque ne propter sanitatem quidem eius , si credunt , vel dubitant fœtum esse animatum, cum autem probabiliter putant non esse animatum,potest matri pharmacum dari , ne pereat.

8. Ne sine causa legitima concedant facultatem cuiquam frangendi ieiunium , vel vescendi carnibus , ouis,vel laetificiis diebus prohibitis.

9. Ut infirmos , quos credunt esse morituros admoneant vt animæ,rei que familiari consulant.

10. Ne stipendum exigant iniustum , nec superflua pharmaca emere faciant ; vt ditent pharmacopolas.

11. Ut pauperibus medeantur gratis,quos credunt alioqui morituros, cum vero est grauis necessitas , quia scilicet adsunt alij medici , non sunt tamen ita periti , tenetut solum per tempus, quod superabundat, vt dixi de Advocato.

12. Ne detrahant aliis medicis, de quo infratract. 3. c. 6.

CAPVT XI.

De Coniugatis.

S Ponsos primum commoneat, vt stent sponsalibus.

2. Ne contrahant matrimonium cum aliquo canonico impedimento, vel censura, nec in peccato mortali, nec consummatio, antequam rite contrahant in facie Ecclesiæ, immò nec ante benedictionem.

3. In traductione vxoris, vt abstineant à sumptibus superfluis, & vanis, & à choreis.

4. Ut in timore Dei mutuo sibi debitum reddant apto loco, & tempore non ad voluptatem, sed ad filiorum procreationem, iuxta confilium Angeli ad Tobiam, Accipies inquit, Virginē cum timore domini, amore filiorum magis, quam libidine datus, & B. Pauli, qui ait, Reliquum est, vt qui habent uxores tanquam non habentes sint, &c. præterit enim figura huius mundi.

Tob. 6.

1. Cor.

7.

5. Ut contineant tempore infirmitatis, vel cum imminet periculum abortus, aut grauis danni: Item post votum castitatis mutuo conser-

su emissum , vel post aliud impedimentum consulto confessario : nam saepe aliquis non potest iure exigere , qui tamen tenetur reddere. At verò cum est impedimentum dirimens , non licet petere , nec reddere , nisi post obtentam dispensationem , iterum secreto contrahant : idest mutuum consensum iterum præstent cum sciuerint matrimonium fuisse nullum. Moneat etiam , ut propter reuerentiam , nocte præcedente communionem ne exigant debitum : illos verò qui se polluant cum peccato mortali , iubeat si potest sine scandalo abstinere ab Eucharistia saltem per 24. horas , vt Henriq. lib. 8. de sacram. cap. 51. §. 3. Quomodo autem hæc inuestigare debet confessarius dixi tract. I. c. 2. §. 3. Quid item agendum sit ei , comperto impedimento dirimente , habes ibidem. §. 5.

6. Moneat ut in filiis bene educandis sint diligentes , maxime autem in virtute , & timore Dei , nam ut ait Apostolus , Si quis suorum , & maxime domesticorum curam non habet , fidem negavit , & est infidelis deterior : & vt eos Deo sponte offe-

rant, ut suadet Chrys. hom. de Anna,
& Samuel educat. Item ut à teneris
annis de inferno magno timore affi-
ciantur, ut nos infra cap. 19. §. 6.

Hinc Tobias ait, pauperem quidem *Tob. 6.*
vitam gerimus, sed multa bona ha-
bebimus, si timuerimus Deum, &
recesserimus ab omni peccato, &
fecerimus bene. Præterea ut eis im-
ponant nomina Sanctorum, ut sub
illorum sint patrocinio, curent item,
ut cum primum annos discretionis
attigerint, Sacramento Confirmationis
confirmentur, ut Spiritum
Sanctum accipiant ad augmentum,
& robur sintque perfecti Christiani.

7. Admonet ne maleficiū, aliam
ve superstitionem vlla ratione adhi-
beant, ne item procurent abortum,
aut sterilitatem, neque impedian-
conceptum.

8. Ut mutuo se iuuent, & alter
alterius onera portet, inuicem sibi
compatiendo, vt sic adimpleant le-
gem Christi, vt enim sunt vna caro,
ita decet esse vnum vtriusque spiri-
tum propter animorum concordiam,
vt prosequitur Tertul. lib. 2. ad
vxorem.

9. Ne verecundiæ fines pertran-

Ad
Gal. 6.

Ad seant in suis verbis , & factis , sed
Hebr. coram Deo , & Angelis semper se
 4. stare meminerint ; nam omnia nuda ,
 & aperta sunt oculis eius.

10. Virum hortetur , ne in cura
 familiari , & Christiana disciplina
 sit remissus : nam qui parcit virgæ ,
 odit filium suum: quapropter seuere ,
Prov. & constanter corrigat vitiosos : ne
 sicut Heli puniatur , si in hac re sit
 indulgens : nec flagitiosorum homi-
 num consuetudinem habeat , sed eos
 1. Reg. à domo sua expellat : nec in ea per-
 2. & 4. mittat ludos , aut peioravitia.

Mattb 5. 11. Ne coniugem male tractet , aut
 morosus irritet , sed humaniter , &
 mansuete cum ea agat , quia sunt
 vna caro. Veruntamen cum uxore
 publica adultera non licet cum
 scandalo habitare.

12. Uxorem vero moneat , ut obe-
 diat viro suo : ne sit contentiosa , nec
 vana , nec in administratione domesti-
 ca negligens , ne item de rebus do-
 mus , quidquam sine viri voluntate
 dispenset , præter consuetas , & exi-
 guas eleemosynas , nisi forte aliquid
 absco deret pro sumptibus domesticis ,
 ut eripiat à manibus viri , qui omnia
 prodigus effunderet. Admoneat ite ,

vt viri domicilium sequatur, si potest
sine peccato. Præterea vt virorum
familiaritatem deuitet, & sit patiens,
& modesta, præsertim in ornatu:
vera enim pulchritudo ex virtute
est. Addat etiam, ornatum super-
fluum esse vitiosum, vt patet. Isai.
3. & 1. Petri 3. & 1. ad Tim. 2. & ex-
ponit Tertull. libr. de hab. mul-
quem sic concludit, Vestite vos, in-
quit, serico probitatis, byssino
sanctitatis, purpura pudicitie, ta-
libus pigmentatæ Deum habebitis
amatorem.

C A P V T XII.

De Militibus.

CVram adhibeat Confessarius, vt
milites sciant se posse, cum à
suo Principe conuocantur, militiæ
nomen licite dare (nisi certo con-
stet de belli iniustitia) sed cum vo-
cantur ab alio Principe, primum
constare oportet iustum esse bellum.

2. Moneat vt se armis bene mu-
niant, & rectam habeant intentio-
nem, nempe ad Dei gloriam, &
Reipublicæ utilitatem pugnandi.

3. Ut sint contenti stipendiis suis,
neminem concutiant, aut calumnia *Luc* 3:
afficiant, vel alia iniuria, imò vero

ne hostium quidem loca eis depopulari licere , sine Præsidis potestate.

4. Militum animos conciliet,nec inimicitias inter eos esse patiatur, & diligentiam adhibeat , vt sæpe confiteantur;atque à blasphemia, duello , ludo , luxuria , rapina ; furto , & ab omnibus denique aliis peccatis abstineant , & item occasiones peccandi auctoritate superiorum, vt potest , remoueat.

5. Curct vt ante certamen confiteantur , & ipso certaminis tempore , generatim solùm hortetur eos ad fortiter dimicandum ; orationibus adiuuet, & vulneratos omni cura , ac diligentia complectatur ; atque cū pro fidei defensione pugnat , vt martyrij palmam consequantur , moneat vt ad Dei gloriam pugnam referant , & pro religione Christiana fortiter vitam exponant;non enim illam amittunt , si cadunt , sed cum æterna commutant.

6. Præterea curam adhibeat , vt audiant missam , recitent officium , coronam , vel Rosarium , aut alias similes orationes , vt item habeant apud se cereos Agnos Dei , sacras imagines , &c. At vero superstitiosa

INST. CONF. TRAC. II. CA. XIII. 261
omnino prohibeat, ac detestetur.

7. Sit illi denique curæ, ut in
militia spirituali se perpetuo exer-
ceant, id est in domandis animi per-
turbationibus, & reliquis obseruan-
dis, quæ ad Christianam disciplinam
spectant, ut sic verè Christi milites *Proh.*
sint, & hostibus fortiores, nam me- *16.*
lior est sapiens viro fortis, & qui
dominatur animæ suæ, expugnato-
rū bium.

C A P V T X I I I .

De Mercatoribus, de Usuariis, &
de retinentibus aliena.

Mercatores moneat primum, ut
caueant ab iniustitia, & fraude
in pretio, pondere, & mensura:
item ut manifestent vitia occulta, in
rebus præsertim, quæ possunt de-
trimentum afferre, ut in medicinis,
armis, aliisque bellicis munitioni-
bus, & cæteris eiusmodi.

2. Monopolia deuitent: Item ne
abscondant merces necessarias ad *Proh.*
victum; nam qui abscondit frumenta,
maledicetur in populis, benedictio *11.*
autem super caput vendentium.

3. Ne fraudent iustas gabellas.

4. Ut à cambiis siccis, vel iniustis
abstineant.

5. Ab usura manifesta , palliata , & mentali. Hinc Apostolus ait , &

i. The. ne quis supergrediatur , neque cir-

4. cumueniat in negotio fratrem suum ; quoniam vindex est Dominus de his omnibus.

6. Ne expendant falsas monetas , vel diminutas.

7. Ne emant res furtivas , vel dubitant esse tales.

8. Contractus prohibitos ne ineat , vel quos dubitant esse malos , nec sint eorum meditatores , imo reuident antiquos , & examinent ; nam ad ea quæ ad peccatum implicant , vel sunt periculosa , nisi homo diligenter caueat , facile ruit . lege Greg. hom. 24. in Euan. Anton. par. 3. tit. 8.

9. Ne exerceant artem , quæ fere ad peccatum solum seruit.

10. Ne retineant aliena contra voluntatem Dominorum , sed restituant quamprimum possunt ; alioquin non absoluat , ut supra dictū est.

11. Ne vntantur depositis cum danno , vel periculo dominorum.

12. Ut ieunent cum possunt , atque obseruent festa , quæ sunt in precepto ; ita ut non solum à mercatura , aliisque scruilibus operibus absti-

INST. CONF. TRAC. II CAP. XIV. 263
neant, sed missam audiant, orent,
cæterisque spiritualibus officiis va-
cent: nam mercatores difficulter
Deo placere possunt, ut nos infra
tract. 3. cap. 10.

C A P V T X I V .

De Recidivis.

V T utiliter recidivos iuuet con-
fessarius, penetret primum ne-
cessum est in animos, ita ut non solum
intelligat qualitatem peccati, sed
etiam causas recidendi, seu peccata
iterandi, quæ sunt debilitas in vo-
luntate, fragilitas in corpore, &
tentationes, vel occasiones extrinse-
cæ; (loquimur autem de his, qui
sacramenta frequentant.) Deinde
sibi siæm præfigat, nempe sanare
infirnum, & liberare à peccato,
atque hoc omnia remedia referat,
quæ sunt ei usmodi.

1. Omnes diligentiam adhibeat,
ut pœnitens cognoscat grauitatem
peccati ex iis, quæ infra cap. 17.

2. Imponat graues pœnitentias, &
per se aliquas etiam assumat cum
consilio, frequentiam item Sacra-
mentorum, orationis, & aliorum
bonorum operum, & in primis, ut
vitet pericula, & occasionses peccati.

3. Ut alios peritiores consulat de
remedio.

4. Suspendat aliquando absolu-
tionem.

5. Si denique accipit libenter re-
media data, & ostendit signa contri-
tionis cum aliqua emendatione, ab-
soluat, & Domino commendet, at-
que ad memoriam reuocet, reci-
diuum, cum iterat peccatum, alios
septem spiritus nequiores in animā
adducere. Reos denique criminis ca-
pitalis, qui mentiti sunt in examine
contra ius, ne absoluat ante comple-
tum examen: quia id tutius videtur.

C A P V T X V .

De iis qui sunt in occasione peccati.

CVm in dubium reuocari non
possit, remouendam esse occa-
sionem peccati, vt patet Mart. 18.
Si oculus tuus scandalizat te, erue
eum, &c. id est reprime, & com-
pesce; Item Eccles. 3. qui amat pe-
riculum, peribit in illo: tria tamen
maxime confessariūs obseruabit, vt
hos melius adiuuare possit. Primum
pœnitentem non teneri occasionem
remotam relinquere. Secundum te-
neri propinquam occasionem remo-
uere, id est, quæ peccatum est mor-

ta le;

Matt.
xii.

INST. CONF. TRAC. II CAP. XV. 265
tale, vel frequenter est causa indu-
cens ad illud. Tertium cum concur- *Nana.*
runt tres conditiones, non teneri *c. 3. n.*
occasionem propinquam remouere. *10.*
Prima videlicet, ut sit contritus, id
est, ut cum pœnitentia de peccato cum
firmo proposito non peccandi in
posterum cum spe venia, &c. Se-
cunda, ut probabili coniectura putet
eum non peccaturum. Tertia, ut sit
causa rationabilis non remouendi
eam occasionem: nimis scandalū,
vel magnum incommodum, & detri-
mentum, honoris, famæ, vel rerum
temporalium, &c.

2. Hæc remedia iis adhibenda sunt,
qui sunt in occasione peccati, & non
possunt eam remouere. Primum ex-
hortatio communis, ex grauitate, &
effectibus peccati, ex pœnis, & me-
moria mortis. De quibus cap. 7. di-
cam. Secundum frequens confessio,
& communio, oratio, pœnitentia,
&c. Tertium, ut cum confessario
ſæpe conferat de statu illius occasio-
nis, & de remediis: ac si quid ipsi
opportunum occurserit, proponat.
Quartum, ut si non potest, exempli
gratia, raro cum illa persona loqua-
tur, vel nunquam solus, &c. Quin-

tum, vt si sponte complex cum eodem confessario confiteatur, hic vtrumque adiuuet.

3. An autem sit absoluendus, qui cum omnibus his remediis, tamen nihil proficit, sed iterat peccata, difficilius est ad soluendum: hæc tamen videntur certa: Primum adhibenda esse remedia, quæ paulo ante pro recidiuis allata sunt. Secundum si sit contritus, & exhibet aliquod signum correctionis, est absoluendus: si vero nulla apparet emendatio, neganda est absolutio, & prudenter, & cautè procuranda separatio: vel ut promittat pœnitens, se cum complice de remedio acturu, eique significaturum se omnino nolle amplius peccare, quod ei negata fuerit absolutio: nam post hanc permissionem posset absoluvi. Ut Nauar. cap. 3. num. 21.

CAPVT XVI.

De modo iuuandi pœnitentes ordinarios.

NOI pœnitentes primi instruendi sunt ad sacramenta rite sumenda, ad orationem, & examen conscientiæ, & ad alia opera devotionis, maxime autem, vt conscientiam suam perfectè aperiant

confessario, qui ipsum sape moneat, & ad maiorem progressum in spiritu, cum diffidentia sui ipsius hortetur. Et item doceat discrimen inter suggestionem, & consensum, seu delectationem voluntariam expresse, vel interpretatiue. Moneat etiam vitare iudicia temeraria, detractiones, dissolutiones, adulatio[n]es, contumelias etiam iocosas, ludos, otium, & similia, quæ valde animum relaxant, & diuini spiritus suavitatem impediunt; utque ritè confitentur, doceat discurrere per præcepta, ut videant an in aliquo offendint Deum, vel proximum, cogitatione, verbo, opere, aut omissione, atque suadeat adhibere confessionale breue Vincentij Bruni.

2. Tepidos deinde pœnitentes, id est, eos, qui cùm frequentent sacramenta, tamen parum proficere videntur, in hunc modum adiuuabit: etenim si facile incidunt in peccatum mortale, adhibebit remedia, quæ supra cap. 14. posuimus pro recidiuis: si autem non peccant mortaliter, veruntamen non proficiunt in spiritu: sed sensuales sunt, iracundi, & alia peccata venialia grauia com-

mittunt, hortetur ut se bene præparent ad Sacra menta pœnitentia, & Eucharistia, & videant, an occulta habeant peccata, & an præstutum tempus dent orationi mentali, lectioni librorum spiritualium: an attentè audiant conciones sacras, &c. item suspendat aliquando communionem.

3. Leuiora autem peccata, quæ ex infirmitate naturæ nascuntur, permittit Deus iustis, ut vel sic humilientur, & diligentius in virtutum opera incumbant.

C A P V T X V I I .

Quæ sint signa ad cognoscendum contritionem, & qui modus ad eam disponendi.

Signa contritionis desumî possunt. Primum ex præparatione factâ ante confessionem. Secundo ex ipsa met confessione, & modo dicendi, nempe si exaggerat, si excusat, si lacrymatur, &c. Tertio ex prompta voluntate satisfaciendi, vel difficultate: ut si petit maiorem pœnitentiam, vel recusar leuem. Quarto cum ipsemet pœnitens rogatus id significat: Adde quod, etiam si dubitet de sua fragilitate pœnitens, ta-

men potest esse contritus , cum scilicet dolet de peccato , & vult omnino ab eo abstinere. Quinto ex memoria peccatorum , pudore , timore iudicij , & pænarum , &c.

2. Disponi vero potest ad contritionem , primum ex momentanea voluptate , & turpitudine peccati : cuius deformitas quanta sit ex eo maximè constat , quod pro remedio sanguine filij Dei opus fuerit. Secundo ex maiestate Dei offensi , qui Creator , Pater , & Redemptor noster est , finis , & beatitudo perfecti : ad quem homo collatus nullus est , nam omnes homines quasi non sunt , sic sunt coram eo , & tamen peccator peccando , quantum in se est Deum tollit & à se proiicit , quasi non esset Deus : quia saltem velle , ut non posset se punire. Tertio ex hominis dignitate , & præstantia , quam cùm à natura , tum in primis à Christi Domini gratia est consecutus , & tamen se in rem vilissimam abiicit. Quarto ex effectibus peccati , priuat enim Dei amicitia , gratia , donis , &c. Quinto ex ingratitudine : nam pec-
Isai.
4.
 cauit in eum , qui innumera , & ma-
tr. 3. c.
xima beneficia ipsi contulit , bonaque
1. n. 3.

cœlestia meruit, & parauit. Sexto
 ex nouissimis. Septimo ex fructu pœ-
 nitentie : remittuntur enim per il-
 31. lam, & teguntur peccata. Propterea
 nobis est veluti Ciuitas refugij. Dat
 præterea pœnitenti spem veniæ, gra-
 tiæ, & gloriæ consequendæ. Ad hæc
 impedit alia peccata: nam ut ait Gre-
 gorius 25. moral. cap. 9. peccatum
 quod per pœnitentiam non deletur,
 suo pondere ad alia grauiora trahit.
 Lætificat deniquæ cœlum, nam gau-
 dium est in cœlo super uno peccato-
 LUC. IJ. re pœnitentiam agente. Dat item
 verum gaudium etiam in hac vita.
 Octavo adde quod peccator est quasi
 leprorsus, & pœnitentia sanatur.
 Item ut phreneticus : lege autem
 diuina ligatur, ne fremat. Item quia
 lex Domini est suavis Matth. 11. &
 1. Io. cap. 5. Nec iubet nisi utilia,
 præterea veram pacem affert, nam
 pax multa diligentibus legem tuam.
 Psal. 118. & item lucem menti præ-
 fert, nam præceptum Domini luci-
 dum illuminans oculos, sapientiam
 Ps. I^o. præstat parvulis. Huius autem legis
 iugum, quod homo per peccatum à
 se abiecit, per contritionem resumit,
 suoque collo imponit; Deus autem

illud subleuans, leue & suaue redit. Nos verò fingimus laborem in præcepto, cum deum subleuato rem à nobis reiicimus, & ingredimur vias peccatorum difficiles, errantes à via veritatis. Vel viam domini nimis onusti terrenis affectibus prosequimur, vel declinando ad dexteram, vel sinistram, & dilatatis manibus, & pedibus transimus per arctam viam domini, quæ est veluti pons angustus. Illis autem qui membra coangustant, & coarctant, redditur facilis; eis nimirum, qui passione reprimunt assidua mortificatione &c. Huc spectant quæ nos sup: a tract. I. cap. I. §. 5. Ex his denique intelligitur quomodo iuuādi sint obstinati, & adducendi ad contritionem.

C A P V T X V I I I.

De modo iuuandi scrupulosos.

STATUERE PRIMUM OPORET, quid sit scrupulus: est enim motio ad unam partem contradictionis, ex leibus coniecturis: ex qua descriptio ne constat, primū scrupulum esse motiuum contra determinatum iudicium rationis, vel conscientiae: omnes enim scrupuli versantur in apprehensione, non in iudicio, at

verò scrupulosi confundunt representationes cum consensu, & putant se consentire peccato, cum vere non consentiant. Deinde infertur posse esse voluntatem rectam, quæ non sit conformis conscientiæ scrupuloso: imò expedire aliquando facere contra talēm conscientiam, dummodo tamen scrupulosus perseveret in iudicio practico, quo iudicat id sibi licere: si enim incipiat dubitare, peccat si ita operatur, nisi conscientiam deponat, quapropter magni refert parcipendere scrupulos? ut §. 4. dicam. Postremo infertur, valde impropriè dici scrupulosos illos, qui ex ignorantia dubitant de qualibet re, & comperta veritate, statim acquiescunt, eoque magis illos, qui propter synderesim, remorsum habent conscientiæ ex causa probabili. Hi enim non sunt scrupuli, sed vel dubia, vel remorsus conscientiæ.

2. præterea ponendum, non esse in tuto statu illum, qui est solum sollicitus de præteritis peccatis ex leuibus coniecturis, & negligens in cauendis præsentibus, vel futuris.

3. Scrupulos posse oriri ex variis causis. primum ex complexione ti-

INST. CONF. TRAC. II. CA. XVIII. 273
mida, qualis est frigida, & melan-
cholica. Secundo ex lœsione im-
aginationis. Tertio ex tentatione dæ-
monum. Quarto ex nimia debilitate
orta ex vigiliis, abstinentiis, studio,
meditatione, &c. Quinto ex multa
conuersatione cum scrupulosis. Sex-
to ex superbia, & nimia confidentia
sui; ex quo intelligitur conscientiam
scrupulosam esse valde perniciosam:
& periculosam: gignit enim incon-
stantiam & paruitatem animi, ace-
diam, nebulas intellectus, & per-
turbationem mentis, destruit vires
corporis, & animi, ac tandem, vel dicit
in amentiam, vel in desperationem.

4. PRÆCIPUA REMEDIA, QUÆ MAXI-
MÈ IUVANT AD TOLLENDOS SCRUPULOS,
HÆC SUNT: PRIMUM SE DISPOSNERE PRO
VIRILI AD GRATIAM, & AUXILIUM SPECIALE
DEI. SECUNDUM AUERTERE COGITA-
TIONEM A SCRUPULO. TERTIUM MEDERI
ATRÆ BILI, SEU MELANCHOLIÆ, MODE-
RATAM PROCURANDO RECREATIONEM,
CIBOS APOTOS MEDICINAM, &c. QUAR-
TAM SUBMITTERE SE ALIORUM IUDICIO
SIBIQUE CERTO PERSUADERE, ID QUOD CÖ-
FESSARIUS SUADET, DEO MAGIS PLACERE.
QUINTUM ELIGERE IN DUBIIS OPINIONEM
PROBABILEM, & IN EA QUIESCERE, ETIAM

si minus tuta sit : ut cum agitur de
restitutione facienda , de iterandis
orationibus , & similibus. Sexto dif-
fidere de propriis viribus , & confi-
dere in Domini misericordia. Septi-
mum assidue , & deuotè orare. Octa-
uum solicitor esse in vitandis mani-
festis peccatis , etiam venialibus.
Nonum statuere , quod non quidquid
homo faceret in articulo mortis con-
stitutus , debet , nec expedit in toto
sua vita tempore facere. Decimum
rectè intelligere illas celebres pro-
positiones : in dubiis tutior pars est
eligenda : qui amat periculum ,
peribit in illo : tene certum , &
dimitte incertum : bonarum men-
tium est ibi culpam agnoscere ,
vbi culpa non est. Undecimum , si
quis dubium scrupulosum deponat
ad consilium viri eruditii , excusatur
à peccato , etiam si erret. Duodeci-
num qui patitur scrupulos , po-
test , & debet contra illos operari
tuta conscientia etiam proprio con-
flio , dummodo probabili ducatur
ratione : nec quidquam refert , num
ratione timoris , habeat levem sus-
pcionem in oppositum. Decimum
tertium scrupulosi credulitas haben-

INST. CONF. TRA. II. CA. XVIII. 275
da est pro certitudine , cum est in
eius favorem: ut si credat se esse rite
confessum , &c. Decimumquartum
leuiore fundamento potest scrupulo-
sus aliquid tuto credere & sequi
quam alij : vt cum in missa, vel horis
canonicis recitandis dubitat, an ali-
quid omiserit , potest prosequi , pu-
tando se nihil omisisse. Decimum-
quintum circa legum obseruationē ,
sibi certo persuadere eum non pec-
care , qui obseruat legem secundum
mentem legislatoris , etiam si verba
transgrediatur: Item quod benigna :
non seuera interpretatio facienda
est: præterea quod Deus , & Eccle-
sia non intendunt obligare , nisi ad
idquod fieri potest: est enim iugum
suaue . & item illum , qui contra le-
gem facit non ex contemptu, sed per
epieicheiam , ratione alicuius peri-
culi considerati , non peccare. Deci-
mumsextum licitum esse denique vni-
facere aliquid, quod aliis est dubium,
an sit peccatum mortale : vt liquet
ex supradictis, quia nimis acqui-
escit opinioni probabili , quæ tamen
illis videtur falsa. Hæc de remedii
scrupulosorum.

*De modo iuuandi rudes, & pueros,
ac puellas.*

Confessarius cum rudium audit Confessiones, vidcat primum an sciant mysteria fidei necessaria, & præcepta decalogi, ac Ecclesiæ: ea item ex quibus imminet periculum scandali, & quæ ad eius statum, atque officium pertinent, & ignorantes hæc, si potest, doceat, sin ini nus, ad aliquem instructorem mittat.

2. Cum confessio longa est, interroget confessarius iuxta ordinem præceptorum, ita ut ad Caput propositum illi respondeant quod occurrit, deinde ad alia sigillatim, & in primis roget, an aliquid filuerint data opera in confessione, vel proposuerint non dicere, nisi rogati.

3. qui autem sciunt legere, vtantur confessionali Bruni, vel alio simili; aut doceat confessarius discurrere per præcepta, per tempora, per varios status, officia, loca, & personas cum quibus est versatus, &c.

4. Cum dicunt superuacanea, & omittunt grauiora, docebit eos pa-

tienter , præsertim si habeant conscientiam erroneam , vt supra dictum est.


5. Doceat dicere coronam , vt Rosarium , vt paulatim discant deuotè orare , audire missam , & antequam eant cubitum , examinare conscientiam .

6. Cum pueris verò cautè agat , ne propter pudorem , seu verecundiam peccata taceant , propterea leniter , & paulatim interroget ; an dæmonis suggererit prauam aliquam cogitationem & de motibus sensualitatis , si ætatem habent : inde ad verba , & tandem ad alios actus externos procedat , moneatque ne eos pudeat confiteri , quod non puduit facere : item ad remedium institutam esse confessionem . quæ tamen si non fit integrè , non prodest , imò maximè obest propter sacrilegium : indicet præterea sigilli obligationem , vt ad confitendum incitentur , & quæ nos c. I. §. 5. Ad hæc admoneat : vt sint obedientes parentibus , & magistris : vt sintque diligentes in studio : vt ludos prohibitos deuident : quia dæmon dat sic ludere : nempe cum peccato : vt Chrys. hom. 6. iii

Matth. neque cantent turpia, quia
tunc dæmon adeſt, ſi autem cantent
spiritualia, adeſt Deus, Chrys. in
psal. 42. Et item ut conuerſationes
prauas fugiant, inhonesta verba,
crapulam, ebrietatem, ſuperfluos
ornatus, utque deuotè miſſam au-
diant, & orent: præterea conetur
in eorum animis imprimere timo-
rem Dei, qui eſt initium ſapienſiae:
& verò etiam timorem pœnarum in-
fernī. Ad hi beat denique diligentiam,
ut intelligent plurimum conferte ad
virtutem conſequendam, & conſer-
uandam, ne iuuenes nimiam cum
aliquo familiaritatē ineant: néve
cum externis faciles ſint, ſed insipidi
potius, & acres: ut volebat Seneca,
idemque suadet S. Catharina Senen-
ſis epift. ad neptem. Atque propte-
rea B. Laurentius Iustinianus, ta-
lem ſe fuiffe in iuuentute lētatur, ac
de hoc Deo gratias agit: quod ma-
Iuerit melancholicus, & inurbanus
haberi, quam diuina gratia virtutē-
que priuari: facilitas enim morum
in ea ætate cum nimis alliciat ani-
mos, periculosa eſt. Adde quod
læti habent de propinquuo luxuriam,
ut Greg. libro 19. moral. cap. 12.

7. Cum puellis etiam cautissimè loquatur, ne forte, quæ innocentes sunt, prava discant: eas autem, quas iam depravatas esse cognouerit, diligenter examinet ut supra. Deinde moneat ut superfluum ornatum detestentur, prospectum per fenestras vitent, litteras, munera, turpia verba, libros amatorios, & quæcumque honestati aduersantur: doceat denique orare, tentationibus repugnare, & confiteri, & communicare deuotè, & reliqua quæ nos alibi.

De timidis, & pusillis iuuandis dixi tract. I. cap. I. §. 5. consolari enim eos oportet ex Dei clementia, & promissionibus, ex passione Christi, & similibus locis.





M. FORNARIUS
DE INSTITUTIONE
CONFESSARIORVM.

TRACTATVS III.

De remediis peccatorum.

PE RITI medici est non solum
ægrotis mederi , eosque in
pristinam suam sanitatem re
stituere , sed etiam sanos à morbis
præseruare , morborumque causas
prohibere , idemque medicis spiri
tualibus animarum obseruandum eo
magis est , quo præstabilior est ani
mus corpore , quóve spirituales mor
bi perniciosi magis sunt , & pericu
losæ curationes . quamobrem hoc
tract. breuiter agam de remediis
contra vitia , & tentationes , vt prom
ptior sit confessarius ad pœnitentes
iuandos . Ac primum generatim ,
deinde speciatim de singulis dicam .

*De remedio generatiōne, & uniuersē
contra vitia, & tentationes.*

SAlutare in primis remedium est ad omnia peccata vitanda, vitiāque expugnanda, meditari omnibus horis impendentem mortem, iudicium Dei, inferorum pœnas, & gloriam Paradisi, iuxta consilium sapientis Eccles. 7. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

2. Humilis, deuota, & assidua eratio, cum meditatione beneficiorum & mysteriorum Dei coniuncta: quamdiu enim Deus non aufert à te deprecationē tuam, non aufert à te misericordiā suā, vt D. Aug. in Ps. 65.

3. Perpendere iusti hominis fœlicitatem, impij calamitatem, mudiique vanitatem: qui enim bene Eccl. viuit, est verus homo. Hinc Salomon, vlt. Time, inquit, Deum, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo: id est in hoc consistit perfectio hominis. Non igitur mirum si caduca omnia talis contemnit. Habet enim mercedem copiosam sibi paratam in cælo, Matth. 5. Luc. 6. Adde quod in anima iusti in manu Dei est, in qua sunt voluptates usque in finem, est Thren.

Psal.

118.

Eccl.

vlt.

Sap. 3.

Psal.

15.

Orig.

hom.

9. &

14. in

Leu.

Thren.

4. item iustus templum Spiritus sancti,
Isa. 48 filius Dei, cohæres Christi: cum
Supra verò peccat, fit seruus peccati, &
tr. 2. diaboli, inimicus Dei, denigratur
c. 17. super carbones: propterea quod pri-
Isa. 57. uatur gratia, & donis, fit reus ge-
 hennæ & similis bestiis, iniò peior
 illis. Item non est pax impiis, quia
 impij quasi mare feruens; res præ-
 terea huius Mundi caducæ sunt &
 vanæ, nec satiant animam; Eccles. I.
 & Ioan. 4. Vita item breuis, incerta,
 fragilis, fallax, misera, & morti
 subiecta. Hinc Augustin. lib. 4. con-
 fess. cap. 12. quærите, inquit, quod
 quæritis, sed non est ubi quæritis.

4. Optimum est remedium medi-
 tari passionem Christi Domini, ut
 monet Apostolus ad Hebr. 12. Re-
 cogitate eum qui tales sustinuit à
 peccatoribus, &c. contradictionem,
 ut non fatigemini animis vestris de-
 ficientes: nondum enim usque ad san-
 guinem restitistis: Gloriemur item

Ad
Heb. 6. in cruce eius ad Gal. 6. præterea
Ibid. cogitemus peccatorem rursum cru-
c. 10. cificere sibimet ipsi filium Dei, eum-
Ad E- que conculcare, & sanguinem Testa-
phej. 4. menti pollutum ducere, in quo
 sanctificatus est, & Spiritui sancto

contumeliam facere , & cum quodammodo contristare.

Iohann. 6

5. Iuuat frequentia sacramentorum pœnitentiæ , & Eucharistiæ cum debita præparatione , & reuerentia:nam qui manducat meam carnem , &c. in me manet , & ego in eo: Chrys. hom. 61. ad popul. ait , Tanquam Leones ignem spirantes ab illa mensa recedamus , facti diabolo terribiles. Item quia gratia fœcundat animam , &c.

6. Mouent valde exempla Sanctorum , qui Christi vestigia secuti , magna passi sunt tormenta : nos autem nondum usque ad sanguinem restitimus , & fatigamur animis nostris deficientes , & tamen non sumus illis meliores. Ad Hebr. 12.

7. Cogitare , quòd Deo omnia sciente , & vidente , fiant , vt fecit Abraham Genes. 22. Item quod pro Christo pati maximum beneficium est , atque optabilius , quam rapi cum paulo usque ad tertium cælum. Adde quod ipse pater amat nos , & nostri curam gerit , scit quid expediat , & potest , si vult , liberare.

8. Timor Domini expellit peccatum. Hinc David psal. 118. Confige,

Ecol. 1.

inquit, timore tuo carnes meas; nam qui confixus est clavis, moueri non potest, ita qui timeret Deum, vix aut raro peccat. Hinc Eccles. 21. quasi à facie colubri fuge peccata: & Chrys. hom. super oratione Annæ, gehenna quaque formidolosius sit, Deum offendere, & omni regno desiderabilius Deo placere.

9. plurimum adiumenti adfert lectio librorum spiritualium, examen conscientiæ, sæpe imaginari præsentiam Dei, & Angelorum, & assumere voluntarias pœnitentias, & mortificationes, adhibere consilium confessarij, deuitare occasiones peccatorum, & similia. Sed age adiungamus nunc aliqua remedia vniuersalia pro tempore ipso temptationis.

10. Igitur remedium est, deffidere de propriis viribus, & ad eum cum fiducia recurrere, qui est refugium nostrum, & virtus, adiutor in tribulationibus: assumere item gladium spiritus, quod est Verbum Dei, & cogitare Deum cum cælesti curia expectare à nobis victoriam, ut coronet, & det manna absconditum. Item quod Deus fidelis est, qui non permittet nos tentari supra vires. Et

Psal.

45.

Ad

Ephes.

6.

Apoc.

2.

I. Cor.

10.

INST. CONF. TRAC. III. CAP. I. 285
supponit manum suam , ne collida-
mur , psal. 37.

11. Cogitemus cito transire labo-
rem certaminis , meritum verò ma-
nere , vt D. petrus. Modicum nunc si
opportet contristari in variis tenta-
tionibus , &c. & D. paulus 2. Cor. 4.
Momentaneum , & leue tribulationis
nostræ , supramodum in sublimitate ,
aternum gloriae pondus operatur in
nobis. Contra verò si nos vinci pa-
tiamur , imminent omnia mala , quæ
alias recensuitus.

12. principiis temptationum con-
stanter resistendum : si enim præua-
leat hostis , difficilius superatur.
Hinc Iacob , 4. Resistite diabolo , &
fugiet à vobis. Et Apostolus petrus ,
Fratres , inquit , sobrij estote , &
vigilate , quia aduersarius vester dia-
bolus tanquam Leo rugiens , circuit
quærens quem deuoret , cui resistite
fortes in fide , & paulus ad Ephes. 6.
In omnibus sumentes scutum fidei ,
&c. non est enim nobis colluctatio
aduersus carnem , & sanguinem , sed
aduersus principes , & potestates ,
&c. Illud præterea solatur nos , quod
non vincit nisi volentem : est enim
veluti canis vincitus catenis , qui ad

I Pet.
I.

I. Ep.
c. 5.

se propinquantes solum mordet, vt August. ser. 197. de tempore, & item dat animum, quod Deum nemo amittit, nisi qui dimittit: vt idem lib. 4. confess. cap. 9. Adde quod Christus Dominus illum superans in tentatione, vires eius eneruauit. Hinc Io. 16. Confidite, inquit, ego vici mundum.

13. Meditari præmia illis parata, qui fortiter dimicauerint usque ad finem.

14. Denique iuuabit intelligere
Luc. 3. utilitatem temptationis, & ab ea non abhorre; vt enim illam contemnere periculum est; ita nimis timere vitiosum; propterea de hac re aliqua dicam.

C A P V T I I.

De utilitate ex temptationibus capienda.

STATUENDA PRIMUM SUNT ALIQUA EX QUIBUS TEMPTATIONIS UTILITAS FACILE INTELLIGI POTERIT; NEMPE MULTOS ESSE TENTANDI MODOS, & TENTATORES PLURIMOS; NAM TENTAT ET IAM HOMO DEUM, VT EIUS VIRTUTEM EXPERIATUR; TENTAT CARO, VT ALLICIAS; TENTAT MUNDUS, VT AD SE TRAHAT; TENTANT HÆC EADEM, VT SUNT INSTRUMENTA DIABOLI; TENTAT IPSE DÆMON, VT NOCEAT, & AD MALUM IU-

ducat ; tentat denique Deus , solum 1. Iob.
 vt promoueat , & erudiat ; vt scilicet 2.
 homo cognoscat seipsum , & ab aliis Gen.
 cognoscatur ; sic tentauit Abraham , 2.
 Iob , Tobiam , filios Israël , & ple- Iob.c.2
 rosque alios : ad malum autem Deus Tob. 2.
 neminem tentat . Tentationem vero Deut.
 dæmonum aliquando Deus vult , ali- 13.
 quando permittit ; vult nimirum in Iac. 1.
 electis ad maiorem gloriam , quia
 scit eos non consensuros . Hinc Iacob.
 cap. I. Beatus vir , qui suffert tenta-
 tionem , &c. sic tentatus fuit D. pau-
 lus , & alij Sancti , sectati sunt , tentati
 sunt , &c. ad Heb. II. Atqui permit- 2. Cor.
 tit in malis hominibus secundum iu-
 dicia occulta suæ diuinæ prouiden-
 tiae , & iustitiae ; dat tamen eis auxi-
 lium sufficiens , custodiam Angelor-
 rum , & cum sint prædicti libero ar-
 bitrio , quod cogi non potest , resistere
 possent si vellent conari , & diuino
 auxilio cooperari . Has temptationes
 Deus refert ad gloriam suam , &
 confusionem superbie diaboli , ad in-
 crementum bonorum , mortificat
 enim Deus , vt purifiet . Adde quod
 etiam temptationem corporalem vult
 Deus plerumque ; vel ad puniendum ,
 vel ad corrigendum , vel ad glorio-

sius coronandum: attamen dæmon ad tentandum hominem mouetur , tum propria ipsius malitia,tum superbia, tum inuidia erga homines , tum denique propter odium quod habet erga Deum. Tentat autem, ut exploret , & cognoscat interiores affectiones hominis , & ad quæ vitia sit magis pronus (cum interiora non cernat) ut ad ea instiget ; atque ab illis virtutibus remoueat , ad quas videt eum magis esse incitatum. Tentat denique seducendo intellectum , vel corrumpendo affectum. Hinc obtinuit nomen tentatoris , ut patet Matth. 4. & I. ad Thess. 3.

i. Cor.

2. Statuo deinde fidelem esse Deum, qui non permittit nos tentari supra id quod possumus , sed facit cum tentatione etiam prouentum , vt possimus sustinere. Hinc. psalm. 11. Impulsus euersus sum , ut caderem, & Dominus suscepit me, & psalm. 36. cum ceciderit non collidetur , quia Dominus supposuit manum suam.

3. Cum tentatio hominis sit duplex; vna ab intrinseco , quæ à carne , & concupiscentia oritur , altera ab extrinseco , nempe à dæmone, vel eius Instrumentis , &c. prior vel est cum peccato,

peccato, vel oritur ex peccato; quia scilicet fit per delectationem, & concupiscentiam.

4. Denique statuendum est hanc esse consuetam viam ad consequēdam virtutem, & vltimam fœlicitatem, diuina prouidentia constitutam; nimirum per multas tribulationes, & tentationes. Hinc Iob. cap.

7. Tentatio, inquit, est vita hominis super terram: & Sapiens Eccl. 14.

11. Fili accedens ad seruitutē in Dei, Ibid. sta in iustitia, & timore, & præpara c. 14; animam tuam ad tentationem; & Jacob. 1. Omne gaudium existimate, fratres, cum in varias tribulationes, & tentationes incideritis; & hac via Sancti ad gloriam peruererunt. Et in primis Redemptor noster, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius; sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus, tentari tamen voluit pro similitudine absque peccato; & solum ab extrinseco: his potissimum de causis: Primum, vt sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret. Secundo, vt nemo quantumvis sanctus, se immunem putet à tentatione; nam sancti

*Actoꝝ.**Ad**Heb.**II.**1. Pet.**2.**Heb. 7.**Ibid.**c. 4.*

ficiati vehementius tentantur , vt
Hilar. super Matth. cap. 3. Tertio ,
vt instrueret nos ad superandum

Ad tentationes. Quarto , vt nobis fidu-
Heb. 4. ciam daret de sua misericordia : non
Ibid. enim habemus Pontificem , qui non
Co. 2. possit compati infirmitatibus nostris,
in eo enim in quo passus est ipse , &
tentatus , potens est , & eis qui ten-
tantur auxiliari .

5. Ex his facile intelligitur , maxi-
mam ex temptationibus hauriri vtili-
tatem , quare tentari opportet ho-
mines , etiam iustos , primùm ne
sua virtute extollantur , 2. Cor. 11.
Deinde ne alij plus eis tribuant ,
2. Cor. quām oportet , Deos esse existiman-
tes. Tertio , vt Dei virtus magis
elucescat , & sublimitas sit virtutis
Dei , & non ex ipsis , & totam spem
in eo collocent sic enim confundunt
hostes resistendo , quasi adamas iēti-
bus temptationum. Quarto , vt sic
magis probentur Eccles. 27. Vasa
figuli probat fornax , & homines
iustos tentatio tribulationis. Item
vt eorum virtus , & patientia mani-
festetur , ne spe præsentis fœlicita-
tis Deo seruire videantur ; vt liquet
in Iob. Quinto , vt ad futuram vitam

aspirent de resurrectione cogitantes; ibi enim parata sunt illis præmia. Sexto, ut exemplum eorum esset aliis afflictis solatium. Septimo, ne eos imitari nos tæderet; nam licet virtute præcellant, sunt tamen eiusdem naturæ nobiscum, passibiles, & imbecilli. Octavo, ut omnes scirent, quinam beati, quive miseris censendi sint, & item ex amaritudinibus aspersis discerent verè iucundari, ut August. l. 2. confess. cap. 2. Cor. Nono, ut virtus in infirmitate perficiatur, & meritum crescat: nam tribulatio patientiam operatur. Quare fortiores fiunt, ut arbores cum à ventis agitantur. Hinc iusti assimilantur auro, impij paleæ: hæc enim igne comburitur, & aqua marcescit: aurum autem purgatur, & roboratur: sic iusti in rebus secundis, & aduersis perficiuntur. Decimo, ut peccatorum maculas purgent, si quæ supersunt, id enim in hac vita cum merito fit, & mitius quam in purgatorio. Hinc Aug. orabit, Hic vre, hic seca, ut in æternum parcas, & Abac. 3. Ingrediatur putredo in offi- bus meis, & subter me scateat, ut requiescam in die tribulationis, &c.

Id est in die iudicij vniuersalis : vt ibi Hier. & apertius in lib. 2. contra Pelagianos. Undecimo , vt comper- tum sit eos fortiores euasisse sacra- mento , & item esse filios Dei : hic enim flagellat omnem filium , quem recipit. Duodecimo , vt dæmonem à se discessisse intelligent , cum vincunt. Decimotertio , vt vel ex hoc discant thesauros sibi creditos esse ; alias enim non eos persequerentur dæmo- nes ; & item se vicisse , nam dæmon solet tentare eos à quibus percuti- tur. Ad hæc quia fæuire magis cona- tur in meliores. Hinc Abac. 1. Esca eius electa , quod quidem figuratur Ezech. 47. in aqua illa , quæ usque

Ecc. 34 ad talos peruenit. Decimoquarto , vt discant aliis compati , & auxiliari ; nam qui non tentatur quid scit ? & hoc de Christo Domino etiam testa- tur Apostolus ad Heb. 2. vt paulò ante notaui. Decimoquinto , vt de- missio animo sint , omnibus se humili- 2. Cor. lient , & non confidant in propriis 3. viribus , discunt enim in tentatione , quod non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis , tanquam ex nobis , sufficientia nostra ex Deo est , idque in primis in aliorum correptione vt

supramonuimus ex Apostolo ad Gal.
6. Decimosexto , denique ut coronæ
præmium augeatur , quod æternum
est , & maximum : tentatio autem
momentanea , & leuis.

C A P V T III.

*De iis quæ conferunt ad conservandum
fidem Catholicam.*

CVm tentationes contra fidem, in-
cipientibus molestæ esse soleat ,
admonendi sunt , vt eas confessario
detegant , & cum Apostolis assidue
præcentur , Domine adauge nobis
fidem ; sic enim statim euangelicæ , &
in nihilum decident hostis conatus ;
contra curiositatem vero superfluam,
his telis utantur.

Luc. 17

Primum , Eccles. 3. Altiora te ne
quæsieris. Item Isai. 7. Nisi credide-
ritis non intellegetis.

Secundum , Greg hom 26 in Euang.
Fides non habet meritum cui huma-
na ratio præbet experimentum.

Tertium , Bern. epist. 190. Quid
magis contra rationem , quam ratione
rationem conari transcendere ? &
quid magis contra fidem , quam cre-
dere nolle quidquid non possis ra-
tione attingere ?

Quartum ; ex Basil. in psal. 110.

N iiij

Primarum propositionum, impossibile
est inquirere demonstrationes.

Quintum ex August. lib. 21. de Ciuit.
cap. 7. in rebus miris summa credendi
ratio est omnipotentia Creatoris.
Item denius aliquid posse, quod nos
fateamur inuestigare non posse: &
epist. 3. tota ratio facti est potentia
facientis. Sic Abraham credidit Deo,
Gen. 22. sic haec tenus omnis sancti:
nam Deus fidelis est, & decipi non
potest: & vnigenitus, qui est in sinu
Patris ipse enarravit.

Ioan.
3.

C A P V T I V .

De remedis contra blasphemiam.

P Roderit, vt quisque ab hoc pec-
cato abhorreat, diligenter per-
pendere:

Primùm, quām graue peccatum
sit; est enim maius homicidio, atque
ad eo, vt iusti ne nominare quidem
audeant, vt patet Iob. c. 1. & 3. reg.
22. vt notat Olymp. & Dydimus.
Adde quod blasphemia hereticalis
cum assensu intellectus continet hæ-
resim, & reseruatur in bulla Cœnæ.

Secundò, quām sit iniustum crimen,
& contra rationem, quia est imme-
diatè contra Creatorem, in quo vi-
uimus, mouemus, & sumus; & à quo
bona omnia expectamus.

Tertiò, quām inutile delictum omnino sit, imò perniciosum; horrendum est enim incidere in manus Dei viuentis.

Quartò, quantum scandalum det etiam infidelibus.

Quintò, quām periculosum sit; nam etiam in hac vita vindicare hanc iniuriam Deus solet, ut in Senacherib. 4. Reg. 19. In Antiocho 2. Machab. 2. & aliis num. 16. liquido apparet.

Sextò, iuuat etiam, vitare occa-
siones, nimirum ludos, iuramenta,
prauas consuetudines, &c.

Septimò, examen particulare quo-
tidie adhibere, & grauem pœnitentia-
tiam sponte assūmere.

Octauò, confessarius non absoluat,
nisi imposita primum grauissima pœ-
nitentia, iuxta decretum Concilij
Lateranen. sub Leone X. sess. 9. §. ad
abolendam, cuius meminit Nauar.
cap. 12. num. 83. & præcipue iniun-
gat diuinæ laudes, & orationes, offi-
cium, coronam, &c. vt sæpe terram
osculetur, vt benedicat Deum &
Sanctos, dicat Gloria Patri, &c.
Corrigat blasphemantes: & in pri- Rom.
mis obliget ad frequentem vsum con- 2.
fessionis, & Eucharistiae.

Periuros autem eadem ferè iuuabunt remedia , illi verò qui consueti sunt temerè iurare , cogitent ; Primum se de omni verbo otioso reddituros esse rationem in die Iudicij , Matth. 12. Secundò , consilium esse Domini nunquam iurare , Matth. 5. & Iacob. ep. cap. 5. propter periculum periurijs : difficile enim est omnes comites semper adhibere , nempe veritatem , iustitiam , & iudicium . Tertiò , quia nulla in eo vtilitas , nam iuranti fides non habetur.

C A P V T V.

De remedijis pro iis qui parentes , & superiores non reuerentur.

Meditentur eos locum Dei tenebre ; deinde quanta eorum causa passi sunt , & patiuntur . Tob. 4. Ad Hebr. 13. Tertiò mercedem promissam Exod. 20. ad Ephes. 6 & alibi ; vt bene sit tibi , & sis longævus super terram ; addc quòd obedientes maxima pace , & quiete fruuntur . Quartò , exemplo Christi Domini , de quo Luc. 2. ad Phil. 1. & 5. item exemplo Sanctorum . Quintò , ex animaduersione Dei contra inobedientes iuuari etiam poterunt . De qua Genes. 1. 26. 27. Item 1. Reg. 4. & 2. Reg. 18. Num. 12. & 16 Eccles 13.

C A P V T VI.

*De remediiis contra detractionem, &
alia peccata lingue.*

Cogitat primùm detractor, an
velit sibi sic detrahi, ut detrahit
ipse aliis, famam, & existimationem
eorum lèdendo, & statuat Tobiae
monita sequi, qui ait, quod ab alio
oderis tibi fieri; vide ne tu aliquan-
do alteri facias, & item D. Petri
epist. 1. cap. 2. qui omnes detrac-
tiones prohibet. Secundò, quod nulla
ex detractione utilitas, sed potius
incommoda multa sequuntur: nam
præter culpam, & reatum pœnæ,
quem incurrit, tenetur etiam resti-
tuere famam detractor, eiisque fau-
tores; & item sibi acquirit nomen
calumniatoris, facit etiam audientem
peiores, & ei, cui detrahit, inimi-
cum: lèdit etiam Ecclesiam, quia
crescente infamia, deluditur gens
Christiana, & sic Dei nomen blasphem-
atur. Denique de his omnibus red-
det ipse Dominus rationem: celare 2.
ergo potius oportet peccata proxi-
mi, nisi urgeat necessitas, vel utilitas,
ne blasphemetur Deus, & ne fratres
fiant seignores. Hinc aspidi, & ser-
penti comparatur: nam Eccl. 10. Si

Sap. 7.

Tol. 1.

s.c. 68.

& seq.

Rom.

mordeat, inquit, serpens in silentio: nihil enim minus habet, qui occulte detrahit, & Psalm. 13. Venenum aspidum sub labiis eorum, quia scilicet morsus verbi animum inficit. Adde quod D. Bern. dicit esse similem Viperæ: detractor enim uno flatu tres inficit, nempe se ipsum, & illum de quo loquitur, & audientem, propter scandalum: eadémque de causa assimilatur gladio acuto, propterea quod tres uno ictu confodiat: meritò

Psal. 5. igitur sepulchrum patens est guttura eorum: nam ut Orig. exponit, verbum diaboli, quasi de sepulchro exit, dum ex ore detractoris egreditur: dicitur autem patens propter impudentiam. Adde quod moritur, ut apis, cum mordet verbis suis, Chrys. hom. 10. in epist. 1. ad Thess. & serm. 8. in epist. ad Rom. cum murmuras, inquit, cœnum emittis ab ore, quo fratrem maculas; iaculum, quo tuam ipsius carnem feris, & si conuictio conuictum tollis, fratrem cadentem sequeris, & ruis: cum tamen manum porrigeres debeas, ut illum liberes: præterea ibidem sic ait, vulnerauit illum furor; noli tu quoque eum vulnerare. Neque vero præteribo, quæ idem patet

INST. CONF. TRAC. III. CA. VI. 299
scribit super psalm. 49. in fin. vbi ait,
Detractor est ut Scarabæus, qui lu-
tum, & foetorem fert, eoque nutri-
tur, vt hirudo fugit sanguinem fratris:
estō igitur tu potius, vt apis, quæ
colligit ex spinis flores, &c. & sic ini-
micuna laudans, te excusabis melius.
Hæc ex Chrys. Hinc illud Menandri
dictum: infelix sis potius, quam
maledicus, quod verum est, modo ne
sis aliis peccatis sauciatus, nihil enim
interest utrum hoc, an alio vulnere
intereas. Quare audias consilium Sa-
pientis, qui ait, Custodite vos à mur-
muratione, quæ nihil prodest, & à
detractione parcite linguae, quoniam
sermo obscurus in vacuum non ibit,
os autem, quod mentitur occidit
animam. Hinc Num. 12. Maria soror
Aaron punitur lepta, item plectun-
tur morte: 4700. Num. 14. vt alios
omittam. Consideret ergo quisque
sua ipsius vitia, & primum auferat
trabem de oculo suo, deinde eiiciet
festucam de oculo fratris sui.

2. Susurrones item moneat, vt per
pœnitentiam resipiscant, ne à Deo
maledicti citius, arescant, quam fucus
Euangelica, nam susurro, bilinguis
maledictus: propterea quod Domini
Nvj

præceptum transgreditur. Leu. 19. non erit criminator, nec susurro in populo : & Prou. 6. detestatur eum qui seminat inter fratres discordias. Ad hæc sciant se rationem Deo reddituros omnium iurgiorum, & malorum, quæ inde nascentur, quoniam, ut ait Sapiens Prou. 26. susurrone subtracto iuria conquiescent.

Prou. 3 3. Eos verò qui proximum derident, vel subsannant, id est verbo, vel gustu deludunt, doceat id esse contra charitatem, propterea conqueritur Iob. cap. 24. deridetur iusti simplicitas. Veruntamen hi deludentur à Deo, nam ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam.

4. Ex his sequitur, multò seuerius agendum esse cum iis, qui contumelia afficiunt fratrem, nam Prou. 20. omnes stulti miscentur contumeliis, & Dominus Matth. 5. qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis : & Apostolus ad Rom. 1. etiam docet hujusmodi homines esse dignos morte : adiungo item, quod præter culpam, & reatum pœnae, contrahunt etiā obligationem restitutionis.

5. Iij denique qui proximo maledicunt, audiunt Apostolum ad Rom. 13.

INST. CONF. TRAC. III. CA. VII. 301
Benedicite, & nolite maledicere,
nam Deus est linguae eorum auditor.
Sap. I. Ad omnia autem haec linguae
peccata vitanda optimum remedium
est linguam compescere, quod quo-
modo fieri possit, ac debeat, dein-
ceps exponam.

C A P V T V II.

*De necessitate, ac ratione frenandi linguā,
de quo utilitate silentij.*

Linguam esse homini maxime con-
tinendam, rationisque fræno per-
petuo frenandam, nemo est sanæ
mentis, qui neget: id enim etiam
antiqui Philosophi cognoverunt; in
quibus vix aliqua virtutis species
inerat: hinc Pythagoras per quin-
quennium discipulis loqui prohibe-
bat, ut loqui disserent, de quo Ambro-
sus lib. I. officiorum cap. 10. &
Seneca, auribus frequentius uten-
dum esse dicebat, quam lingua: quod
qui nescit tacere, nesciat loqui. Bias
autem dicebat, cito loqui esse insa-
niæ indicium. Verum quid riuiulos
consector, cum fontem veritatis à
Deo habeamus? Audi igitur Sapien-
tem, qui ait Eccles. 18. verbis tuis
facito statuam, & frænos ori tuo
rectos, & attende, ne forte labaris

in lingua tua : & cap. 4. in multis sermonibus iauenitur stultitia , & Proh. 25. sicut vrbs patens absque murorum ambitu , ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Denique (vt alia omittam) Iaco. 3. sit autem omnis homo velox ad audiendum , tardus autem ad loquendum.

2. Eo autem diligentius id curandum, quod difficilius esse experimur, nam Eccles. 19. ait Sapiens , sagitta infixa fœmori carnis , sic verbum in corde stulti , & cap. 14. Beatus vir , qui non est lapsus verbo , item cap. 19. qui est , qui non delinquat in lingua sua , & David in Psal. 140. Pone Domine custodiam ori meo , & ostium circumstantiæ labiis meis : similiter Eccles. 26. suadet Sapiens : ori tuo facito ostium , & seram , & verbis tuis iugum & stateram : nec immerito , nam vt ait D. Iacob. cap. 3. si quis non offendit verbo , hic perfectus est vir , potens etiam freno circumducere totum corpus : & item afferit : feras domari ab homine , linguam autem nullum hominum domare posse : quod exponens August. lib. de natura , & gratia contra Pelagian. &

INST. CONF. TRAC. III. CA. VII. 303
serm. 4. de verbis Domini , sic ait ,
conetur ergo anima domare linguam:
& dum conatur , poscat auxilium , &
oret lingua , vt dometur lingua , ne
occidat animam: Domini enim ~~filius~~
est moderare linguam. Hinc etiam Sap. 1.
Bernardus de triplici custodia , te- Proh.
nerum , inquit , membrum lingua , 16.
attamen vix teneri potest : item ait ,
est substantia paruum , sed vsu ma-
gnum & validum : quapropter Amb.
l. i. officiorum , tacere , inquit ,
nosse , quam loqui difficilius est.

3. Quod nisi frenetur lingua est
causa multorum malorum , vt patet
experientia , & scripturatestatur , &
sapientes docent. Hinc Prover. 10.
in multi loquio non deest peccatum ,
& c. 12. propter peccata labiorum
ruina proximat malo , & capite 17.
qui dimittit aquana , caput est iurgio-
rum : quia vt inquit ibidem Hieron.
qui linguam non refrenat , concor-
diam dissipat. Item capite 18. mors ,
& vita in manibus linguae : & capite
13. & 21. qui custodit os suum , & lin-
guam suam , costodit ab angustiis ani-
mam suam , & denique capite 26. os
lubricum operatur ruinas. Item qui
imponit iusto silentium , iras mitigat :

præterea Eccle. 9. terribilis est in ci-
uitate homo linguosus, & temera-
rius in verbo suo odibilis, & capite
20. lapsus falsæ linguae, quasi, qui
in pauimento cadens, sic casus ma-
lorum festinanter venient, & capite
23. indisciplinata loquela os tunum
non affuescat; est enim in illa verbum
peccati, &c. 28. multi ceciderunt in
ore gladij, sed non sic quasi, qui in-
tierunt per linguam suam. Hinc
Psal. 56. lingua eorum gladius acu-
tus, & Psalm. 143. de gladio maligno
eripe me: hoc est quo homines lo-
quuntur vanitatem: est enim etiam
gladius benignus, quo Deus loqui-
tur veritatem, quem Christus venit
mittere in terram, hæc Aug. in psal.
dictum. Item. Iaq. 3. & lingua ignis
est vniuersitas iniquitatis: & deni-
que Apostolus 1. Cor. 15. ait, cor-
rumpunt bonos mores colloquia ma-
la. Ad hæc Basil. hom. 9. in Psal. 33.
vita, inquit, nostra referta est lingua
delictis, & Chrys. hom. 4. varia. lin-
guam dicit esse instrumentum diabo-
li, & peccati: & propterea custo-
diendam intra duos muros, id est
intra dentes, & labia, &c.

4. Linguae custodia apprime ne-

Matth
10.

INST. CONF. TRAC. III. CA. VII. 305
cessaria est ad obseruandam legem
Dei, & ad virtutes omnes comparan-
das. Hinc Dauid Psalm. 38. Dixi
custodiam vias meas, vt non delin-
quam in lingua mea, quia scilicet
hæc est causa multorum peccatorum, Matth
vt ibidem Orig. Hinc Deut. 6. audi, 1.
& non delinques in lingua tua, &c.
propterea etiam laudatur sponsa
Cant. 4. vitta coccinea labia tua spon-
sa, nam verba otiosa cauebat: vt no-
tat Bern. tract. de passione Domini
cap. 31. Item Iacob. 1. Si quis autem
putat se religiosum esse non refre-
nans linguam suam, &c. huius vanæ
est religio, & cap. 3. si quis verbo non
offendit, hic perfectus est vir.

5. Confert ad beatitudinem etiam
huius vite, nam Psalm. 33. dicit
Dauid: **Quis est homo**, qui vult vi-
tam, diligit dies videre bonos: Co-
ercent linguam suam à malo, & labia
eius ne loquantur dolum, item Ec-
cles. 14. Beatus vir, qui non est lapsus
verbo, & Iaco. 3. hic beatus in suo
facto erit. Adde quod qui custodit
os suum, custodit animam suam: &
item Sapiens in verbis se ipsum ama-
bilem facit, & Isai. 30. in silentio, & ^{Proph.} 3. Ec-
erit fortitudo tua: præterea quoniam ^{Eccl. 10.}

bona hominis existimatio pendet ex verbis, hinc Pro. 17. stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: & Eccl. 10. stultus verba multiplicat, cap. 20. est odibilis, qui procax est in loquendo.

6. Restat postremo, ut dicamus de silentio, ac de linguae moderatione: ne quis forte, quæ hactenus contra vitia lingue dicta sunt, ita intelligenda esse putet quasi semper sit tacendum: nam etiam in silentio, si nimium sit, vitium inesse potest, ut docet D. Ambros. lib. primo officiorum ca. 3. cum ait, ideo non silentium perpetuum, sed custodiam oris David indixit, & ostium labiis petiit: idemque suadet Sapiens, cum facere ori ostium iubet: nimirum, ut claudatur, & aperiatur cum oportet, statuta aurea autem est humilitas; libra iustitiae examina, ut veritas in verbis, grauitas in sensu. Hinc Eccl. 11. in medio seniorum ne adiicias loqui, & cap. 32. audi tacens simul, & querens: quapropter Isaias non clamat, antequam discat, quid debeat clamare, præterea Greg. 30. moral. ille Inquit, scit rectè dicere, qui ordinate nouit tacere. August. super Psalm. 16. [ut

Psal.

140.

Eccle.

28.

INST. CONF. TRAC. III. CAP. VII. 307
non loquatur os meum opera homi-
num] ait, idest non aliud, quam
quod pertinet ad gloriam, & laudem
ipsius: & super psalm. 38. [posui ori
meo custodiam] statuit, inquit, ta-
care ne pœniteret, nam vt ait ille,
nunquam tacuisse nocet, nocet esse
locutum, item in psalm. 139. vir lin-
guosus non dirigetur in terra, quia
scilicet, inquit Aug. non attendit
quid loquitur: sit ergo tardus ad lo-
quendum, & delectetur audire: lo-
quatur solùm cum necessitas, & cha-
ritas cogit, &c. Gregor. in Psal. 50.
[Domine labia mea aperies,] hacte-
nus inquit, ego aperui, &c. ideo ex
vaniloquio peccatum contraxi: nunc
opto, vt tu aperias, &c. & paulò post:
illius labia Deus aperit, qui non so-
lum, quod loquitur, sed etiam qua-
liter, & ubi, & cui loquatur atten-
dit, idem Ambro. Vnde Isai. 50.
[Dominus mihi dedit linguam eru-
ditam,] Eccle. 20. [Vir sapiens ta-
cebit usque ad tempus.] Proferamus
ergo sermones examinatos libra iu-
sticie, & quia non valemus, dicamus,
Domine labia mea aperies: similia psaml.
Orig. hom. 3. in Exod. ait enim, Beati 80.
sunt, quorum Deus os aperit, vt loquâ-

tur; vt Moysi Exod. 3. Dauidi dicit,
 Dilata os tuum, & implebo illud; &
 Paul. ad Ephes. 3. vt detur mihi sermo
 in adapertione oris. Eorum ergo, qui
 verba Dei loquuntur, os Deus aperit:
 verzor tamen, ne sint aliqui quorum
 è contrario os diabolus aperiat: &
 infra, aperit ergo Deus, & os, &
 aures, & oculos, vt vel loquamur
 vel cernamus vel audiamus, quę Dei
 sunt, &c. Similiter D. Hiero. epist.
 ad Principem, lingua mea calamus
 scribę velociter scribentis, inquit
 Dauid: Nam debemus preparare
 linguam, vt per illam, quasi calamo
 scribat Spiritus sanctus in corde, &
 auribus audientium. Hinc Petri 4. si
 quis loquitur quasi sermones Dei:
 & ad Eph. 4. omnis sermo malus de
 ore vestro non procedat. Item ad Col.
 4. sermo vester sit sale conditus, &
 Pro. 4. ait sapiens, remoue à te os
 prauum, &c. 10. vanavitę os iusti, &
 c. 12. de fructu oris tui vnusquisque
 replebitur bonis. Sed de his haec
 nus: nam pluribus fortasse quam
 oportet de lingua eloquutus, & de
 sermone sermonem protraxisse aliqui
 videbor; At mihi tamen video r pauc
 dixisse, ad ea quę materia hęc tam

4. Re.

4. Isa.

50.

Genes.

21.

Psalm.

44.

Job.

24.

late patens, requirebat; cum nullum sit hominum genus, nulla fermè etas (prima infantia excepta) nulla familia, quæ huiusmodi institutionibus non indigeat: omnes enim lingua labimur, omnes verbo offendimus; & tamen cum lingue peccata non prese ferant tantam turpitudinem quam pleraque alia flagitia, putant homines in hoc genere licere sibi nauiter esse impudentes. Assiduis ergo, & accensis spiritu precibus, auxilium imploremus illius, cuius unius est moderari linguam, ut ignito calculo labia nostra, sicut olim Isaiæ, purificare dignetur, quo deinceps os nostrum meditetur sapientiam, & lingua nostra loquatur iudicium.

CAP V T VIII.

*De remediis contra Superbiam, &
vanam gloriam.*

AD Superbiani deprimendam in primis iuuabit, ut assidue superbis meditetur, quam sit vilis corpore, & animo; & quod de minimis extollitur, cum multos habeat superiores.

2. Quidquid habet boni, à Deo est, quid ergo gloriatur quasi non acceperit? reliqua autem vana,

I. Cor. & transitoria sunt, vel imperfecta;
4. omnes enim iustitiae nostrae quasi pan-
Isai. nus menstruate.

• 4. 3. Per superbiam, hominem reddi
 contemptibilem hominibus, & Deo
 odibilem; nam Deus superbis resistit:
Iaco. 4. eosque punit; ut clarepatet
 in Luciferō; *Isai.* 14. in Salue.
 15. Roboam 2. Reg. 1. Nabucodonosor.
Dan. 4. & aliis multis. Item illos
 maledicit 2. Reg. 1. &c.

4. Cogitet priuari superbū bonis
 spiritualibus, imò fieri ad illa ine-
 ptum: quia initium omnis peccati est
 superbia, & propterea dicitur regi-
 na, & mater vitiorum, & omnibus

Ecc. I. virtutibus contraria. Hinc August.
 lib. II. de Gen. ad lit. cap. 14. ait, ex
 superbia oriri hæreses. Hinc præte-
 rea fit, ut superbia sit signum repro-
 bationis, ut Greg. cap. 18. lib. 34. mor.

5. Nihil boni per illum lucrari,
 quorsum enim se quis magnum ducit,
 & vult ab aliis magni fieri, si propte-
 rea contemnitur, sicque suo frustra-
 tur desiderio? nam qui se exaltat hu-
 miliabitur, & qui se humiliauerit
 exaltabitur. Adde quod non qui se
 ipsum commendat, ille probatus est,
 sed quem Deus commendat, ut do-

Matth.
 23.

cet Apostolus 2. Corinth. 10.

6. Exemplum Christi , & Sanctorum : nam Dominus humiliauit semetipsum : ad Phil. 2. nosque ad idem monet : Matth. 11, Discite à me quia mitis sum , & humiliis corde.

7. Exerceat actus humilitatis , id est visitet infirmos , seruiat hospitali , versetur libenter cum pauperibus , oret prostratus , vel saltem genibus flexis , osculetur terram , seipsum conuictietur , ut solebat S. Franciscus : in conuersatione , victu , vestitu , & reliqua supletili modestiam præferebat : eadémque ferè iniungi possunt in pœnitentiam à confessario.

8. Contra vanam gloriam præter ea quæ iam dixi , cogitet quam sit vana , tantus etenim quisque est , quantus à Deo habetur , vanus autem de seruo secreto conscientię , foris vult videri , quod non est . Item in exteriis imitatur virtutes . Vnde oritur deceptio , nam opera nostra non sunt talia coram Deo , qualia videntur hominibus .

9. Secundo secum reputet , quam sit hominibus ludibrio , fructumque bonorum operum perdat ; nam receperunt mercedem suam : cum vero

parua est vanitas , offuscat splendorem virtutis , propterea dicitur ex poliatrix bonorum operum , & iucundus hostis , à Basil. c. 10. const. monast. Item impedit , ne Deus influat in animam dona sua : Iacob. 5. quomodo potestis credere , qui gloriam ab inuicem accipitis ?

10. Qued status noster in hac vita est conēptus , & laboris ; non glorie.

11. Dum sectatur hominum laudem , quasi puerorum , relinquit laudem Dei , & Sanctorum .

12. Nunquam se laudet , vt Prou. 27. laudet te os alienum , & non ostuum : imò conetur abscondere ea , quæ in seipso digna sunt laude , & oblatam laudem , Deo statim offerat , qui omnium bonorum auctor est , vt Psalmi. 113. non nobis Domine , non nobis , sed nomini tuo da gloriam , imò doleat cum laudatur .

13. Fugiat adulatores , quia sunt sicut locustæ , vt Gregor. lib. 31. moral. cap. 12. Item quoniam est periculosa tentatio , vt August. lib. 10. confessionum cap. 37. ferat insuper , vt oportet , iniurias pro Christo , vt Chrys. hom. 23. in Genes. Hæc de remediis superbiæ .

*De remediis contra confidentiam
sui ipsius.*

AD extirpandam ab anima confidentiam, qua scilicet homo nimium suis viribus confidit: iuuat primum considerare illam nasci ex superbia, qua plus quam decet sibi attribuit: ut Greg. lib. 21. moral. cap. 2. & propterea esse impedimentum omnium virtutum. Hinc Prou. 10. qui confidit in cogitationibus suis, impie agit. Item cap. 28. qui confidit in corde suo, stultus est, & Hier. cap. 17. maledictus homo, qui confidit in homine: & item Eccl. 6. non te extollas in cogitatione animæ tuæ, velut taurus; ne forte elidatur virtus tua per stultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat. Adde quod est indicium reprobationis; ut Greg. libr. 24. moral.

2. Quod Deus, cum superbis resistat, permittit homines huiusmodi sibi confidentes, labi in multa peccata, ad eorum superbiam deprimentem; ut casus Petri Apostoli probat, qui cum sibi multum consideret, Christum negauit; Confirmatur exemplo eorum, qui in sua fortitu-

O.

dine, vel exercitu confidentes perierunt; ut liquido patet in Goliath. 2. Reg. 17. in Holopherne Iudith. 2. in Nabuchodonosor Dan. 2. & aliis multis; idemque in spirituali pugna accidere afferit Cassian. libr. 4. instit. cap. 6.

3. Proderit meditari eos etiam spoliari suo fructu, qui suis ieiuniis, meditationibus, eleemosynis, aliisque operibus nimis confidunt, ut probat Basil. const. monast. cap. 16.

4. Statuendum omnino est, ut nobis diffidamus, omnia bona esse à Deo, omnia enim in nobis ipse operatur, Isa. 26. & præsertim opera gratiæ seu spiritualia. Ioan. 15. sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, ita & vos, nisi in me manseritis, & 2. Cor. 3. sufficientia nostra ex Deo est. Item Osee 13. auxilium autem tuum ex me. Propterea confidentes in Deo vincunt hostes, ut liquet ex 1. Para cap. 5. & 2. Machab. cap. 15. Hinc Apostolus ad Phili. 4. omnia, inquit, possum in eo, qui me confortat. Item ad Rom. 8. si Deus pro nobis, quis contra nos? & alibi, dedit nobis victoriam per Iesum Christum: Atque

ipse Dominus Ion. 15. ait confidite, r. Cor.
ego vici mundum. Adde quod diffi- 15.
dentibus sibi conceditur fiducia; vt
Cassia. collat. 5. cap. 4. & 14.

5. Optimum medium est oratio
affidua, & deuota, Matth. 7. petite,
& accipietis.

6. Remedium est agnoscere, ac
perpendere propriam imbecillitatē,
vt Dauid Psalm. 38. exemplo est cum
ait, substantia mea tanquam nihilum
ante te, & Apostolus 2. Cor. cap. 3.
non sumus, inquit, sufficentes co-
gitare aliquid ex nobis, quasi ex
nobis, &c. & 1. Cor. 15. non ego,
sed gratia Dei mecum, quisque enim
in se expertus est, cum sibi confidit,
cecidisse; & saepè absque sua industria
fuisse diuino lumine illustratum; &
item adhibita multa diligentia, &
præparatione interdum aridum re-
mansisse; vt intelligamus, non esse
volentis, neque currentis, sed mise-
rentis Dei, qui superbis resistit, hu- Ro. 9.
milibus autem dat gratiam; diuidens Iac. 4.
singulis, prout vult. Adde quod vt 1. Cor.
est piissimus pater, qui flagellat 12.
omnem filium quem recipit, sape Ad
consolationem diuinam differt, vel vt He. 12.
probet, vel vt corrigat, vel vt instruat,
vel vt uberiorem infundat.

De remediis contra Auaritiam.

COnetur confessarius ex animo
pœnitentis auaritiæ radices
euellere ; quapropter moneat , vt
Act. 20. euitet in primis consuetudinem auar-
Tren. rorum , vt versetur cum liberalibus ,
19. ne sit lentus in eleemosynam : quia
beatius est dare , quam accipere , &
sic Domino fœnerari , atque conten-
tum esse paucis .

2. Consideret vitæ breuitatem , &
mortem imminentem , vt monet Do-
minus Luc. 12. & exponit Hieron. in
epist. ad Paulinam ; cùm enim diui-
tiae animum non patient , sed potius
cupiditatem augeant , vix auarus
adduci potest , vt cogitet se esse mor-
iturum , & diuitias suas alienis re-
licturum , sed solum ut eas angeat .

3. Cogitet cupiditatem esse radice-
mem omnium malorum , prima ad
Tim. . Hinc enim bella , odia , rixæ ,
inimicitiae , inuidiae , seditiones , aliá-
que innumera mala , quæ animum à
rebus spiritualibus atque à Deo
auertunt , aut retardant ; & propte-
rea beati sunt pauperes spiritu , nam
difficile diuites intrabunt in regnum
cœlorum ; diuitiae enim sunt spinæ ,

Luc.

Matth.

16.

quòd animum vexent, angant, multosque conscientiae stimulos adhibeant. Hinc Apostolus prima ad Tim. 6. qui volunt diuites fieri, incident intentionem, & in laqueum Diaboli, &c. propterea Dominus Matth. 6. Quærite, inquit, primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis: item Luc. cap. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: Item Thesaurizate vobis thesauros in cælo: & 1. Petr. 5. omnem sollicitudinem vestram propiciantes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis: quare si tua non cures plus æquo, Deus curabit; sin minus, non tantam tui curam habebit. Chrys. ibidem. Cogitet præterea auaritiam esse idolorum seruitutem ad Coloss. 3. & denique auarum esse insatiabilem, similem vrsis, & lupis, ac dæmonibus ut Chrys. hom. 9. in epist. prima ad Corin. & propterea mercatores vix Deo placere posse putat idem Chrysost. hom. 38. in Matt. in imperfecto.

4. Christi Domini, & Sanctorum exempla ponat ante oculos: ille enim cum esset diues, immo Rex cœli, & terræ, pro nobis egenus factus est,

2. Cor. illius inopia nos diuites essemus.
3. Sancti verò suum Duce, & Dominum imitantes veras diuitias amarunt, terrenas contempserunt, & in Deum diuites esse solum studuerunt
- LX. 12 De quibus Apostolus 2. Cor. 8. egentes, angustiati, afflitti; in fame, & siti, in frigore, & nuditate, &c.
5. Recolat Avarus se Oeconomum esse bonorum temporalium, non Dominum, ut Chrysost. hom. 34. ad popul.
6. Denique satisfactionis loco imponi potest eleemosyna diurna, & si parua; ut visitet hospitalia, aliisque bonis operibus incumbat; de quibus alias.

CAPVT XI.

De remeaiis contra Luxuriam.

ET si Luxuria propter solam turpitudinem, ac detrimenta, quæ affert, suos sectatores satis deterrere potest, & debet; atque ad ipsam detestandam eos permouere, quia tamen voluptas rationi inimica impedit consilium, & cœcat animos eorum, propterea tam longè, laèque progressa est, etiam in Christianos, ut magno hominum pars inflammato animo, ad eam omni im-

INST.CONF.TRAC.III.CA.XI. 319
petu , brutorum more feratur : qua-
propter remedia tum diuinitus nobis
tradita , tum à sapientibus excogita,
diligenter adhibere oportet.

1. Igitur confessarius moneat pœ-
nitentem, vt auctorem puritatis cum
fiducia adeat , ab eoque assidue , de-
uotè , & humiliter donum castitatis
postulet. nemo enim potest esse con-
tentus nisi Deus dederit & Dominus,
qui castitatis doctrinā è cœlo attulit
non omnes, inquit , capiunt verbum
hoc , sed quibus datum est , nempe
vt eiiciat quis omnes corporis vo-
luptates , quo maiores , id est diui-
nas consequatur, vt ergo id illi detur,
patrem cœlestem deprecetur , qui
cum sit pater misericordiarum , non
negabit spiritum bonum potentibus
se ; cum præsertim solo verbo , vt
olim leprosos, immò voluntate, in mo-
mento temporis , omnes mundare
possit, aut saltem vires præstabit ad
resistendum ; nec permittet quem-
quam tentari supra id quod potest.

2. Adiungat corporis afflictiones ,
id est ieunia , flagellatione , vigilias ,
& similia: hoc enim genus dæmonio-
rum non eiicitur nisi oratione , & ie-
junio. Figuratur etiam in Helia, qui

Sap. 8.

Matth
18.

Lac. II.

Matt.

1. Cor.

Lac. XI.

1. Cor.

12.

- Matth.* cùm fugeret Iezabel , ieunavit , 3.
17. Reg. 19. neque mirum ; sic enim disponitur animus ad diuinam opem impetrandam , & item quia ad subtractionem materiæ , minuitur concupiscentiæ ardor : & maximè si coniungatur cum eleemosyna : hæc enim misericordiam facilius consequitur ;
- Mat. b.* sensus præterea mortificandi , eiùsque appetitiones reprimendæ : omnis enim qui in agone contendit , ab omnibus se abstinet , &c. sic D. Paulus , castigo , inquit , corpus meum , & inferuitatem redigo , &c. item ad Rom. 13. carnis curam ne feceritis in desideriis.
3. Ad libidinis vim opprimendam , maxime valet frequens confessionis , & Eucharistiæ vsus , est enim frumentum Electorum , & vinum germinans Virgines . Zachar. 9. Gustata enim suauitate superri spiritus , desipit omnis caro , & figuratur in fœmore Iacob , quod emarcuit dum luctaretur cum Deo , Genef. 32. vt Gregor. homil. 4. in Ezech. Hinc Apostolus ad Gal 5. Spiritu ambulate , & desideria carnis non perficietis : atque hoc ipso spiritu repletus omnia , arbitratus est vt stercora , vt Christum lucrifacceret .
- Ad Phil.*

4. Compescat anorem immoderatum erga eas præsertim personas, quarum affectio solet esse periculosa; nam amor spiritualis, & eo magis amor naturalis, facile conuertitur in carnalē, ut experientia constat.

5. Turpes cogitationes statim repellat, sunt enim pice viscosiores, ut monet Orig. hom. 20. in num.

6. Occasiones omnes vitet, ut significat Apostolus, cum ait, I. ad Cor. 6. fugite fornicationem. Hoc autem optimum esse consilium ex eo in primis planum est, quod mors intrat per feneſtras, Hierem. ca. 9. Maxime autem oculos continere necesse est, quoniam hi ſæpe animam euolare faciunt, ut accidit Daudi 2. Reg. 11. Regni Sichem, & Scenibus Susanæ Daniel 13. Propterea Job, pepigi, inquit, ſœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine, hinc etiam Thren. 6. oculus meus depredatus est animam meam, & Eccles. 9. auerte faciem tuam à muliere compta, & Matt. 5. si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice ab te, & item ibidem, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.

1. Cor. Deinde colloquia turpia cauere studeat, quia corrumpunt bonos mores: quod ita seuere obseruabit, ut nunquam de veneris loquatur, nisi necessitas spiritualis, vel debitum officij cogat: idque tunc honestis, & paucis verbis fiat, propterea Apostolus ad Ephes. 5. ait, fornicatio, aut immunditia, nec nominetur in vobis, sicut decet Sanctos. Alia denique via detestetur, qui caste vivere studet, superbiam praesertim, nam sepe propter illam Deus permittit hominem in hæc turpia labi, ut abiiciat. Ad hæc sit obediens, & facile libidini resistet, ut Aug. in Psal. 143. cantus item lasciuos, saltationes, ac libros obscenos, quod homines efficiant molliores, diligenter caueat: gulam prætere a studiose reprimat, quoniam venter saturatus libidinem parit.

Ecclesiastes. 7. Otium fugiat, & honestis incumbat exercitationibus, multam enim malitiam docuit otiositas; hæc insuper fuit ruina Sodomæ, Ezecl. 16. mente autem in spiritualia suspensa, atque ibi fixa manente, carnalis concupiscentia impetus frangitur, paulatimque repressus extinguitur, ut

INST. CONF. TRAC. III. CA. XI. 323
August. lib. de decem chordis. Hinc
Salomon Eccles. 12. frequens medi-
tatio , afflictio carnis est.

8. Meditetur vanitatem voluptatis , Eccles. 11. adolescentia , & voluptas vana sunt , & item quanta sit huius peccati turpitudo , & pernici-
es , nam ut inquit Apostolus , omne i. Cor.
peccatum , quodcumque fecerit homo , 6.
extra corpus est , qui autem fornicat-
tur , in corpus suum peccat : quia
nimicum illud iniuriosè tra&tat , cum
violat eius sanctitatem , de qua idem
Apostolus prima ad Thess. 4. ait hæc
est voluntas Dei sanctificatio vestra ,
ut abstineatis vos à fornicatione , ut
sciat unusquisque vas suum possidere
in sanctificatione , &c. item , ibidem
Deus , inquit , non vocavit nos in
immunditiam , sed in sanctificationē .
& i. Petr. 2. abstinere iubemur à
carnalibus desideriis : deinde quo-
niā membra quæ Christi sunt , facit
membra meretricis , ut idem D. Pau-
lus prima ad Cor. 6. Ad hæc quia
homo Christianus est templum Spi- i. Cor.
ritus sancti , quod violare perinde 3.
est , ac ab eo Spiritum sanctum ex-
pellere : Si quis autem templum
Dei violauerit , disperdet illum Deus ,

meretur ergo supplicium, quod est
 huic peccato cum aliis commune:
 quod scilicet propter hoc peccatum,
 homines pelluntur, & exterminan-
 tur à Regno Dei, quod est omnium
 malorum ultimum: nam neque for-
 nicarij, neque adulteri, neque mol-
 les, neque masculorum concubito-
 res, &c. regnum Dei possidebunt,
 & ad Ephes. 5. omnis fornicator, aut
 immundus, non habet hereditatem
 in Regno Christi, & Dei: extant
 etiam multa exempla animaduersio-
 nis in sacris literis, ut Sodomæ, &
 aliarum finitimarum Vrbium. Israe-
 litarum qui fornicati sunt cum filia-
 bns Moab in deserto. Benjamitarum
 deletio: & David. 1 Reg. 1. & Sa-
 lemonis tertio Reg. 11. & id genus
 alia, qui verò mortem effugiunt, in-
 tolerabiles tamen poenas, quibus
 saepe plectuntur in hoc saeculo non
 effugiunt: nam mente cœci, sunt
 inutiles, ut nihil grave committi eis
 debeat & ad nullam officij munus
 sint idonei: hoc enim vitium aufert
 eorū, & saepe execœcat, quare volu-
 ptate dominante, virtutes iacere ne-
 cessè est: voluptas namque animam
 subiicit corpori, magis quam alia

1. Cor.

6.

Genes.

1.

Num.

13.

Iudit.

10.

INST. CONF. TRAC. III. CA. XI. 325
vitia, propterea quod de suo statut
dimouet & perturbat rationem, &
voluntatem propter vehementiam
passionis, & maximè corruptit pru-
dentiam: ex quo fit, ut homo retrahatur
à perfecta voluntate quærendi
Deum, & fiat ineptus ad spiritualia,
& non curet cælestia: ut D. Thom.
2. 2. quæst. 153. art. 5. & quæst. 186.
art. 4. Hinc Hierem. 31. usquequo
delitiis dissolueris? suffocat item se-
men verbi Dei. Luc. 8. His adde pe-
ricula, ægritudines, infamiam: nam
qui adulter est, ait Sapiens, propter
cordis inopiam perdet animam suā:
turpitudinem, & ignorantiam con-
gregat sibi, & opprobrium illius non
delebitur.

PROPH.
6.

9. Perpendat Dominum, qui gu-
bernat seruos suos ad utilitatem illo-
rum, non suram hoc præcepisse: ne
per illecebras, & illicitas voluptates
corruat templum eius, quod esse
cœpit, ut August. I. de decem chordis.

10. Meditetur Dei omnipotens,
& Angelorum præsentiam, ne eis
iniuriam turpitudine peccati faciat.

11. Castes Christo Domino, &
Beatæ Virgini, ac Angelis ipsis esse
similes, & castitatem esse virtutem è

12. Præmium denique paratum
mundis in cælo mente reuoluat: nam
torrente voluptatis suæ potabit eos:
Psal. & Matth. 5. Beati mundo corde,
35. quoniam ipsi Deum videbunt : & in-
Phil. terim in hac vita fruuntur maxima
4. pace, quæ exsuperat omnem sensum,
orta ex testimonio conscientiæ , ex
pulchritudine virtutis, & ex contem-
platione diuinarum rerum , aliisque
bonis. Hæc si non prosunt suspendat
confessarius absolutionem : & illi,
nisi aliud obest , suadeat ducere uxo-
rem : melius est enim nubere quam
viri. Pro pœnitentia autem iniungat
opera quæ corpus macerant, de qui-
1. Cor. bus supra tract. i. cap. 3. orationes
7. item , cleemosynas , frequentiam sa-
cramentorum pro qualitate perso-
narum.

C A P V T XII.

De remediis contra curiositatem.

Curiositas est vitium studiositati
oppositum , quod consistit in
appetitu , & studio inordinato circa
cognitionem rerum. Quod ut planius
fiat : statuo primum cognitionem ve-
ritatis per se bonam esse , quamvis
per accidens possit esse mala : vel

quia propter illam homo superbit ,
vt August. docet libro de moribus
Ecclesiæ cap. 1. vel quia abutitur ad
malum , quod perperam fieri habe-
tur. Hiero. 9. vt iniquè agerent la-
borauerunt , &c. Secundò , statuo ,
bonum hominis positū esse in cogni-
tione veri , perfectum tamen bonum
in cognitione summæ veritatis , vt
Arist. lib. 10. Ethicorum : ex quo se-
quitur posse vitium esse in cognitio-
ne alicuius veri , quatenus appetitus
illius non rite in cognitionem sum-
mæ veritatis refertur , in qua con-
ficitur summa fœlicitas. Curiositas
ergo non in ipsa cognitione , sed in
appetitu , & studio inordinatæ cogni-
tionis versatur , vt dictum est : quam
iure optimo Propheta in Psalm. 118.
appellat vanitatem , cum orat , auerte
oculos meos , ne videant vanitatem :
vt enim duplex est oculus , corporis
scilicet , & animæ , qui est intellectus :
ita duplex est curiositas , nimirum
sensiua , & intellectiua : vident autem
oculi vanitatem , cum hanc con-
fendantur.

2. Intellectiua autem curiositas
propter inordinatum appetitum stu-
tij mala est quatuor ob causas. Pri-

mum , cum propter studium minus
utile , retrahitur quis à studio sibi
necessario : vt si fortè sacerdos stu-
deat comœdiis , &c. Secundò , si
discat ab eo à quo doceri non licet:
nempe à dæmone : v solent supersti-
tiosi , contra quos August. lib. de
vera religione : similiter si Catholi-
cus ab hæretico , vel infideli discat
cum periculo religionis,&c. Tertiò,
cum scientias non refert in debitum
finem : scilicet ad cognitionem Dei,
vt August. lib.de vera religione cap.
4. in consideratione , inquit creatu-
rarum non est vana , & peritura cu-
riositas exercenda : sed gradus ad
immortalia , & semper manentia fa-
ciendus. Quartò, cum studet cognos-
cere aliquam veritatem supra facul-
tatem sui ingenij , contra consilium
sapientis , Eccles. 3. altiora te ne
quaesieris.

3. Ex his facile intelligitur , non
interdici Christianis scientias ab
ethnicis traditas , vt philosophiam ,
medicinam , aliasque artes , & fa-
cultates , dummodo fidei , seu Ca-
tholicæ Ecclesiæ censura corrigan-
tur , & in bonum finem referantur.

4. Artem vero prædicendi ea, quæ

INST. CONF. TRAC. III. CA. XII. 39
pendent ex libro hominis arbitrio ,
vel ex diuina prouidentia , vanam
esse , & illicitam clara res est : Pri-
mùm , quia hoc est proprium Dei ,
Isai. 41. Secundò , ex sacris canonib-
bus , ex Patribus , denique ex iure
Ciuili. hactenus de curiositate intel-
lectua.

5. Sensitua verò curiositas con-
sistit in appetitu , & studio inordina-
to cognoscendi per aliquem sensum
exteriorem , exercetur enim per qua-
tuor sensus : comprehenditur tamen
sub visu , quia oculi referuntur ad
omnia sensibilia , ideoque nomine
visus significatur omnis sensatio , om-
nia enim sensibilia videri dicuntur :
vt Aug. libro. 10. confessionum , cap.
35. refertur autem cognitio sensitua ,
vel ad corporis sustentationem : vel
ad cognitionem , practicam scili-
cet , vel speculatiuam est autem
mala duobus modis : Primò , cum
non refertur in bonum finem , vel
diuertit hominem à bono. Secundò ,
cum refertur ad malum , vt si quis
aspiciat mulierem ad concupiscen-
dum eam : vel aliorum facta , non ad
corrigendum , sed ad detrahendum :
hinc Proverb. 24. ne insidieris vt

quæras impietatem in domo iusti,
neque vastes requiem eius : & Apo-
stolus in . ad Tim. 5. verbosas , &
curiosas viduas reprehendit : figura-
tur denique Gen. 24. in Dina, quæ
curiosè egressa violatur : vt notat
Hugo.

6. Extendit se præterea concupis-
centia oculorum ad spectacula, quæ
cum lasciviam , crudelitatem , vel
aliud peccatum continent , illicita
sunt : vt constat ex c. Synodo Con-
stantinopo. cap. 51. Concil. Cartag. ,
Can. 1. Deinde ex patribus : Tertul.
libro de spectaculis : vbi refert dæ-
monem , qui in spectaculis obsederat
mulierem , & rogatum , cur in eam
ingressus esset, respondisse : constan-
ter , & iustissime feci , in meo eam
inueni: ex quo intelligitur spectacula
esse loca diaboli. Item Cypr. l. de
spectaculis , & li. 1. ep. 10. & lib. 2.
epist. secunda. Chrys. hom. de David,
& Saule in hom. quod periculosem
est adire spectacula , vbi ait tales
inspectiones constituere mentes adul-
teras , & inuercundas. August. in
psal. 119. & lib. 2. confess. cap. 1. &
præsertim , cum in illis recitant mu-
licres : propterea idem August. l. de

INST. CONF. TRAC. III. CA. XII. 331
singl. cleric. ait earum voces audire
peius esse, quam sibilum basilici,
quoniam occidunt animam. Adde
quod eadem de causa prohibentur
docere in templo ad Cor. 2. ut ibi
adnotat Ansel. Hinc sequitur multo
magis esse prohibita, & illicita cle-
ricis, & religiosis, capite non opor-
tet, secundo de conse. dist. 5. & toto
tit. de torneam : excusat tamen S.
Anton. à peccato mortali eos, qui
casu leuiter aspicerent, nescientes
talia repræsenari. Ex his etiam se-
quitur multo magis prohiberi duel-
lorum aspectum, ut patet ex Conc.
Trid. & Const. Gregor. XIII. &
Clementis VIII. de duello. Illud
tamen adiungo licitas esse comœdias,
tragœdias, aliaque honesta specta-
cula, quæ videlicet prodesse possunt:
ut docet Cypr. libro de specta. in
fine. & aliij, neque enim auctores
iam relati h̄c damnant, sed solūm
obscena, & crudelia, has tamen
comœdias non licet audire ab iis,
qui solent, ut plurimum obscenas re-
citare: tum ratione scandali: tum
quod repente, cum minus id cogit-
tant spectatores, ad turpia illi re-
deuunt, à quibus ad tempus, ut plures

332 M. FORNARII
allicerent atque ad spectandum tra-
herent, abstinuerunt.

7. Atqui laudabilis omnino curio-
ritas est illa, qua scilicet per crea-
turas homo ducitur ad cognitionem,
& amorem Creatoris: inuisibilia
enim Dei, ut ait Apostolus, a crea-
tura mundi per ea quæ facta sunt in-
tellecta conspicuntur, sempiterna
quoque virtus eius, & diuinitas.
Quare ex magnitudine creaturarum
percipitur immensitas Creatoris, ex
perpetuitate æternitas, ex ordine
sapientia, ex virtute perfectio, ex
pulchritudine denique, pulchritudo
Dei, qui dicitur pulcher, sicut uni-
uersorum consonantiae, & claritatis
causa, ut Diony.c. de diuin.nom.

C A P V T X V I I I .

De remedio contra Odium, & Inuidiam.

AD deponendum odium, iuuat
primùm considerare Deum esse
vindicem iniuriarum, nam mihi,
inquit, vindicta, ego retribuam.
Deut. Item non dimittere Deum peccata,
32. nisi dimittenti ex corde iniurias fra-
Ro.12. tri: Matt. 6. Secundò, sibi ipsi
magis nocere. Tertiò, cum aliquando
tandem dimittere oporteat, si velit
salutem consequi, melius esse præ-

uenire : tum propter meritum , tum
ad vitandum pericula damnationis ,
& peccata , tum ut Deo placeat , *Matt.*
eumque imitetur , qui solem suum
oriri facit super bonos , & malos , &c.
& Christum Dominum , qui in cruce
orat pro crucifixoribus , & nobis
multoties pepercit clementissime ,
qui illum grauius offendimus . **Quar-**
tò , vincat in bono malum , id est
benefaciat inimico , & sic carbones
ignis congeret super caput eius , &
forte liberabit fratrem à morte .
Adde quod si conueritus ille salutem *Ro. 12.*
impetrat , qui eum odit , se fratrem
odisse comperiet , immo filium Dei ,
& nescit August.in psalm.54 **Quintò** ,
sumat denique post confessionem Eu-
charistiam , quæ est sacramentum
pacis .

2. **Contra inuidiam primum reme-**
dium est amorem suum conuertere
in hereditatem cœli , & nihil magnū
in hac vita aestimare . Secundum co-
gitare quam graue peccatum sit ,
idque ortum ex superbia , contra le-
gem naturæ , & contra charitatem :
nam sumus unum corpus in Christo ,
singuli autem alter alterius membra , *Ad Ep.*
Quare vilis hominis est inuidere :

tamen spirituales etiam homines conficit, & propterea difficultis curationis: huc etiam spectat, omnes homines esse eiusdem naturæ, & omnium patrem esse Deum: communia item esse Christi beneficia, vnamque omnium hæreditatem: tēque propter peccata esse omnibus minorē, vel saltem debere te, ita existimare. Tertiō meditari, inuidia effic homines similes diabolo, *I. Ioan.* 3. & 4. Quartō, inuiduum sibi nocere, ut eruginem: aliis displicere, & nihil omnino prodesse. hinc *Prou. 14.* putredo ossium inuidia. Adde quod *Basilius* assimilat vulturi, & muscæ, quia amœna prætereunt, & tabidis hærent *Quintō*, prauos cius effectus, qui sunt odium, susurratio, detractio, exultatio in aduersis proximi, afflictio autem iu prosperis, propterea *Basil. hom. de inuidia*: vana inquit est curatio, cum mortiferum virus lateat in medullis: & alia vitia virtutibus contrariis curantur, at inuidia crescit virtutibus aliorum. Sextō denique, iniungat confessarius pœnitentiā inuido, vt signa charitatis ei ostendat, quem odio, & inuidia prosequitur: memor propriæ culpæ, &

promissionis Christi , dimittite , & Matth.
dimitetur vobis , &c. si autem non 6.
dimiseritis homibus , &c. nec pater
vester dimitet vobis peccata vestra.

C A P V T X I V .

De remedis contra Iram.

I Racundus quotidie meditetur sibi
Iteſtendam eſſe iracundiæ, cum
que ira animum mouet, tum diligen-
tissimè linguam contineat , non ta-
men in contemptum , vel ut fratrem
remordeat , sed ut cedat iræ , & item
ſe statim commendet Deo oratione
iaculatoria , ut Basil. ho. de Ira.

2. Præparet ſe quotidie ad contu-
melias pro Christo perferendas , &
ad ipsum respiciat , qui cum patere-
tur non comminabantur 1. Petr. 2.
imò Dominus Matth 11. Discite , in-
quit , à me , quia mitis sum , &c. &
inuenietis requiem animabus vestris ,
hinc Psal. 36. mansueti autem hære-
ditabunt terram , & delectabuntur
in multitudine pacis ; & Matth. 5.
beati mites , quoniam ipſi poſſide-
bunt terram. Adde quod iusti iniu-
rias Deus vindicat.

3. Videat proprios defectus , &
quanta in ipso tolerent alij , quantá-
que ipſe Deus.

4. Consideret incommoda , quæ ex ira nascuntur , nisi reprimatur , priuat enim corona, ita ut homo perdat quidquid diuturno labore partum est. Item facit hominem ferocem , ut bestiam , nam ira in sinu stulti requiescit Eccles. 7. est enim furor breuis. Imo verò iracundus est peior bestia , præterea irato nihil turpius. Ad hæc perpendat ira effetus , qui sunt rixæ , tumor mentis , contumeliæ , clamor , indignatio , blasphemia , ut Greg. lib. 31. cap. 17. Adde quod Dei vindictam in se provocat , qui irascitur fratri. Matth. 6. propterea monet Apostolus ad Ephes. 4. Sol non occidat super iracundiam vestram.

5. Ita verò moderata laudabilis est cum præsertim contra passiones irascimur , tum propter zelum. Hinc Psal. 4. Irascimini , & nolite peccare , & Eccles. 7. melior est ira risu.

6. Indicia victoriæ , affert Basil. nempe cum saltem externos motu cohibemus , cum erubescimus irati inueniri , cum reddimus bonum promalo , cum non præueniat , sed sequitur rationem.

7. Pœnitentia vero eadem imponi potest ,

INST. CONF. TRAC. III. CA. XV. 337
potest, quæ inuidiſ. Homicidum
verò moneat primum de obligatio-
ne restitutionis, & irregularitate,
iniungat longam peregrinationem,
ieiunia, &c. Item ut seruiat hospita-
li, det eleemosynas, frequenter
Sacramenta, deinde videat an sic
casus seruatus.

8. Ad tolerandam denique alte-
rius iram hæc conferunt; primùm
remouere se à facie irati. Secundò,
verbum molle frangit irā Prou. 15.
propterea mansuetè respondeas,
vel saltem taceas, humaniter ta-
men, & modestè. Tertiò, illi com-
pati, ut frenetico. Quartò, vince
in bono malum; ad Rom. 12.

C A P V T X V.

De Remediis contra Gulam.

AD vitanda peccata Gulæ, opti-
mum remedium est fugere oc-
casiones, & conuersationes, ut mo-
net Sapiens Prou. 23. noli esse in
conuiuiis potatorum: abstinere
item à cibis lautis, & condimentis,
quò enim plura corpori homo ne-
gauerit, eò maiores animo vires
contra prauos eius motus addet,
atque à Deo plura feret.

2. Paulatim progrediendum ita

vt quotidie aliquid Gulæ detrahatur, quo usque ad regulam temperantiae perueniatur.

3. Ne cogites vires defuturas.
4. Serio rebus spiritualibus vacare.

5. Cogitare quam cito transeat cibi, & potus delectatio, mala vero maneant; nempe luxuria, cordis obduratio, ira, homicidia, cruditas, morbi, paupertas, interitus, & propterea gulosi excluduntur a regno Dei 1. Corin. 6. & per eam multi perierunt; hinc Amos 6. Vx vobis qui comedentes agnum degrege, bibentes vinum in phialis, &c. at contra multa, & magna sint temperantiae bona.

6. Cogitare quam displiceat Deo nam gulosis Deus venter est: ad Phil. 3. Item quia templum Christi fit cloaca, & membra Christi quasi membra bestiæ euadunt.

7. Gratum esse hoc vitium diabolus, ut patet Matt. 1. & Iob. 40. & propterea maximè vitandum.

8. Denique exempla Christi, & Sanctorum meditari proderit, ex 2. ad Cor. 11. Item timere ne species necessitatis nos decipiatur. August. 10.

INST. CONF. TRAC. III. CA. VI. 339
confess. cap. 31. & semper contra
ciborum delectationem pugnare.
August. ibidem. & cum tandem
molestiam senties in comedione,
tunc gulam te superasse intelliges,
& item cum castitatis donum fueris
consequutus. Tertium indicium est
timere, ne transgrediaris metam
necessitatis August. lib. 10. confess.
31. Quartum, est pugna contra ci-
borum delectationem. Aug. ibid.
Poenitentia gulosis apta est ieju-
nium, abstinentia, & maximè à
cibis non necessariis, à cibis deli-
catis, & conditis: atque à puro
vino; & opera alia de quibus supra
tract. I. cap. 3. §. 2.

C A P V T X V I .

*De remediis contra Acediam, tepidi-
tatem & pusillanimitatem.*

ACEDIA est tristitia aggrauans,
quæ ita deprimit animum, ut
nihil agere libeat; vt Damascenus
lib. 2. cap. 14. vel est tedium ope-
randi, vel spiritualis frigiditas, aut
tepiditas, vt D. Thom. 2. 2. quæst. 35.
art. 1 Effectus exponit D. Tho. art. 4.
sunt autem malitia, rancor, pusil-
lanimitas, desperatio, torpor circa
præcepta, vagatio mentis erga
illicta.

2. Primum remedium est oratio.

Iaco. 5. tristatur autem aliquis vestrum, oret. Secundum est ei sedulo resistere, prosequendo bona opera diligenter: quia maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter; Hierem. 48. Tertium remedium est meditari exempla Christi, & Sanctorum, diuina item beneficia, & præsertim concursum, & cooperationem perpetuam, tum vniuersalem, tum peculiarem Dei in omnibus prorsus actionibus; ita ut videatur quodammodo pro nobis semper laborare. Ad hæc suavitatem legis Euangelicæ Matth. 11. Ioan. 16. & in Epist. 1. cap. 5. Item quod tempus laboris breue est, præmium verò æternum: & præterea imminent tentationes, pericula ex hostium insidiis, & peccatorum reatu: Satagamus ergo quasi instet incendium, aut valida tempestas, in quibus qui sectatur otium stultissimus est His adde laborem indefesum creaturarum, & præser-tim hominum, qui propter honores, opes, & voluptates nulli labori parcunt, nullum metuunt periculum, quapropter monet Aposto-

Prou. 12.

Rø. 13.

INST. CONF. TRA. III. CA. XVI. 341
Ius , sicut ergo exhibuistis membra
vestra seruire immunditiæ , & ini-
quitati ad iniquitatem , ita nunc
exhibete membra vestra seruire
iustitiae in sanctificationem. Quartò ,
proderit variare actiones , ne fasti-
dium pariant : & item non versari
cum otiosis : sed cum diligentibus ,
ac deuotis. Ad hæc adhibere pæni-
tentias laboriosas conetur confes-
farius , & ad vitandum otium ac-
commodatas ; moneat præterea ,
ut ad sonum horologij cogitet se
temporis rationem redditurum ,
iniungat etiam examen conscientiæ
peculiare , silentium , & in his om-
nibus consulat frequenter confessio-
rium , vel alium sapientem virum.

3. Tepiditas , seu torpor est effe-
ctus acediae , & interdum cum graui
peccato coniuncta , propterea Apoc.
quoniam tepidus es , inquit Domi-
nus , incipiam te cuomere de ore
meo.

Indicia verò hominis tepidisunt
hæc præcipua ; primum graui
ferre disciplinam. Secundum , ad
otium aspirare , idque putare suis
laboribus deberi. Tertium inuite ,
& lente obedire. Quartum frigore

in sacramentorum vſu , in oratione,
in concione , in lectione , & collo-
quitione de rebus spiritualibus.
Quintum , occasio[n]es peccatorum
non vitare , atque suis viribus con-
fidere. **Sextum** memoria repetere
pristinos mores , & mundanam fœ-
licitatem , magnum bonum ducere,
&c. **Septimum** diuinās inspiratio-
nes non aduertere , dissimulare,
differre , vel negligere. **Octauum** ,
patrum spiritualium consilia , &
correptiones non curare , vel refu-
gere. **Nonum** , honorem optare,
ſibi que indulgere. **Decimum** , glo-
riam propriam querere in speciosis
ſtudiis , vel negociosis , & differre
opera quæ ad ſui abnegationem , &
perfectionem animæ conducunt,
rationesque querere quibus tepi-
ditatem ſuam excufent , & diuinam
voluntatem ad ſua ſtudia reuocent,
& similia. **Optimum** autem reme-
diū est cogitare periculum iactu-
ræ. Item eſſe infelicem ſtatū te-
pidi hominis , imminet enim contra
illum ira Dei ; quoniam generat
mentis perturbationem , confusio-
nem , ac caliginem , nam vult , &
non vult piger , Proverb. 3 & 13.

4. Deinde sunt aliqui tepidi, qui in peccato perseverant, vel quia non auferunt occasiones peccatorum, vel quia non remouent impedimenta profectus spiritualis, atque hi incidunt in turpes cogitationes, in detractiones, in fugam disciplinę, & scandala; & denique in desperationem. Remedium est animosè incipere. Psalm. 76. *Dixi nunc cœpi.* Item meditari nouissima: præterea quam sit turpis vita tepidis, & denique quam displiceat Deo.

5. Pusillanimitas est effectus aedictæ secundum Grego. lib. 23. moral. cap. 17. nam pusillanimis in miseriis non subsistit; animo enim cadit tempore temptationis, minusque se posse putat quam reuera cum Dei gratia possit; & propterea pusillanimitas est contraria magnanimitati, quoniam vertit gaudium in pauorem, & tabescit mens, stupent oculi, omne quod prius prosperum arridebat, euanevit, lux ipsa fastidio est, solæ se in anima tenebræ mœroris offendunt, nihil quod delectet, aspicitur, triste est quidquid occurrit. Hinc scrupuli, hinc perplexitas animi, de quibus nos supra tract. 2. cap. 18.

Remedium est sperare in diuina prouidentia, item resistere huiusmodi cogitationibus, quia multa affert incommoda talis mœror; nocet enim cordi. Prou. 25. & exsiccat ossa, ibid. cap. 17. prodest item humilitas. Ad haec regulas adhibere Sanctorum, Deus etenim non honoratur in tristitia. Item quia monet Aug. super Psal. 138. Ut non timant imperfecti, sed tantum ut proficiant. Postremo consulant Sapientes. Hæc de remediis peccatorum, ac vitiorum adnotasse sit satis, veruntamen cum non omnibus unum remedium congruat propter morum, & personarum diversitatem, prudentis confessari, erit quid cuique expediat iudicare; & salubre adhibere medicamentum. Conetur autem maximè radicem peccatorum inuestigare, & ad eam extirpandam incumbere. Sed finem huic instructioni faciamus; nam reliqua prudens Sacerdos per seipsum apud Doctores obseruabit; quæ vero conferre plurimum posunt ad promouendum pœnitentes ad Christianam perfectionem, petet ex tractatibus Francisci Arias de diffidentia

I N S T . C O N F . T R A . I I I . C A . X V I . 345
sui ipsius ; de profectu spirituali ; de
mortificatione ; de præsentia Dei ,
de oratione , de usu confessionis , &
Eucharistiae. Item ex lib. Ber. Ros-
signolij de disciplina Christianæ
perfectionis , qui omnia salutis , ac
perfectionis spiritualis media co-
piosè , & explicatè ex Sanctis Pa-
tribus collegerunt , &c.

Et nos (si Deus fautor , & adiutor
fuerit) posteriore libro hæc prose-
quemur ; qui erit de modo , ac ra-
tione promouendi pœnitentes ad
Christianam perfectionem.

Soli Deo honor , & gloria. Amen.

